Doctrinæ Sinicæ breuis indagatio.

Proœmium.

Cum multæ quæstiones Sinicam Doctrinam spectantes ab aliquot annis non tantum in hac China, sed etiam in Europa, graues, et periculosas controuersias excitarint; ut modicam aliquam fortasse lucem iis afferre possem, judicaui uaria in ipsis Sinarum libris indaganda esse testimonia, quibus pateret Doctrinæ Sinicæ uerus sensus. Quæ autem maxime agitantur, ad tria Capita posse referri uidentur: 1.um An Sinæ nihil omnino Numinis agnoscant, adeoque an sint uerè Athei? 2.um An in colendis Manibus sint superstitiosi? 3.um An in Philosophia, saltem morali, aberrent? Itaque ut ad hæc tria ordine, et absque confusa innumerarum quæstionũ turba respondeam; agam 1.º de Cognitione primi Entis siue Dei: 2.º de cultu Manium: 3.º de principiis Ethices Sinicæ: et hæc juxta Sinarum mentem, qui ueram sui regni ju Kiao, idest, Virorum Litteris excultorum, doctrinam profitentur; nam de iis qui Bonziorum sectas, et falsa dogmata sectantur, non est hic quæstio. Itaque

Tractatus Primus

De cognitione primi Entis, seu Dei, apud Sinas

Caput Primum.

An Sinæ Antiqui habuerint aliquam primi Entis, seu Dei cognitionem, seu fuerint Athei?

Vt possimus scire An Prisci Sinæ habuerint aliquam primi Entis, seu Dei cognitionem, debemus illorum libros, qui huc usque extant, consulere; illorum enim libri sunt illorum cognitiones, imo et uolitiones scriptæ; quodque isti libri nunc afferunt, est id quod isti Sinæ olim cognouerint, et senserint. Jam uero ad hæc primum Ens exprimendum, ac significandum, solent isti libri adhibere uocem Tien idest Cælum; et uocem Xam Ti idest Cæli Dominum, uel Cæli Rectorem: sed est controuersia, An illa uox Tien, uel Xam Ti, uerè significet primum Ens, primum omnium rerum principium, seu uerum Deum? Discutiendæ sunt ergo illarum uocum Tien, et Xam Ti significationes.

Sectio Prima

Quot modis vox Tien, seu Cælum accipiatur apud Libros Antiquos Sinenses?

Respondeo tot fere modis accipi, quot apud Latinos: 1.º enim accipitur pro Cælo Aerio. – A – 2.º pro Cælo Stellato – B – 3.º pro Cælo Manium, uel forte quantum pie colligi potest, pro Limbo SS. Patrum – C – 4. pro Cælesti prouidentia – D – 5.º pro Cæli agendi ratione – E – 6. pro ipso Cæli domino, et Rectore, sinice Xam Ti, de quo est maxime quæstio, ac controuersia – F. – Hanc ut elucidemus, debemus uidere quasnam potestatem, quasnam uirtutes, quasnam perfectiones isti libri attribuant Cælo, seu Cæli Domino, ac Rectori, et an sint eædem, quæ ipsi uero Deo attribuuntur: Cum autem promiscue istis duabus uocibus Tien, seu Cælo et Xam Ti seu Cæli Domino ac Rectore utantur; ideo perfectiones quas et Cælo, et Cæli domino attribuunt, conjunctim apponam ita tamen, ut dum ponam uocem Cæli Dominus, uel Cæli Rector intelligatur in Textu esse uox Xam Ti, uel Ti: Ti enim, et Xam Ti, pro eodem sæpe sumuntur.

Textus Librorum.

1. A. 1.º Cælum pro cælo Aerio: liber Carminum sinice Xi Kim tomo Siao ya – oda Ho mim: Palustris auis Ho (species est Ciconia) cantus longe, lateque, in cælo auditur. Ibidem oda Yo lieu: Auis licet altissime uolet, tantumodo ad Cælum usque pertingit. Ibidem, Oda Çai Ki. Celerrima illa auis Sin B. 2.
ubi ad cælum peruenit quiescit. — B — 2. Pro Cælo stellato.
Lib. Carminum, tom. quæ fun, Oda Cheu leao: Constellatio Anteres (nempe Sinica) seu cor Scorpij in Cælo apparet. C. 3. pro Cælo C. 3.
Manium, uel limbo. Lib. Carm. to. ta ya: oda Hia uu: Tres illi defuncti Principes, scilicet Tay uam, Vam Ki, Ven uam in cælo existunt. Et lib. Annalium Imperialium, sinice Xu Kim tom. 5. cap. Chao Kao: Hujus imperij in plures defuncti Imperatores intelligentia, ac prudentia inclyti in Cælo existunt. — D. 4. pro D. 4.
Cælesti prouidentia. Lib. Sententiarum, sinice Lun yu, art. 12. Pro uita, et morte datur lex: diuitiæ, et paupertas à Cælo pendent.
E. 5. – pro cæli agendi ratione. Mencius lib. 2. cap. 5. Unicum est E. 5
cælum, quod potest uere dici magnum; et unicus est princeps Yao qui
potuit illud perfecte imitari. — F. 6. — pro ipso cæli Domino, et F. 6
Rectore, seu Xam Ti. Lib. Annal. Imper. cap. Tay xi – maximum illud cælum tremenda irâ concitatum jussit defunctum Patrem meum Ven vam sumã cum reuerentia Ipsam cæli maiestatem assumere ad expellendam tyrannidem.

1. 詩經小雅。鶴鳴。鶴鳴于九皐。聲聞于天。
詩經小雅菀柳。有鳥高飛。亦傳于天。
詩經小雅采芑。鴥彼飛隼。其飛戾天。亦集爰止。
2. 詩經國風綢繆。三星在天。
3. 詩經大雅下武。三后在天。
書經召誥。茲殷多先哲王在天。
4. 論語下第十二。死生有命。富貴在天。
5. 孟子上滕文公。惟天為大。惟堯則之。
6. 書經泰誓。皇天震怒。命我文考。肅將天威。

Sectio Secunda

Quas perfectiones Cælo, aut cæli Domino, ac Rectori attribuant antiqui libri Claſſici?

Reſpondeo: perfectiones, quas attribuimus vero Deo, videntur iſti libri eaſdem Cælo, aut Cæli Domino attribuere.

§º 1º

De Dominio, juxta antiquos Authores.

Non ago hic de Supremo Dei Dominio quatenus eſt proprietatis, ſed quatenus juriſdictionis, ſeu quatenus eſt poteſtas gubernandi omnes homines ut ſubditos ſuos; Reges creandi, et mutandi; Leges ferendi; delinquentes plectendi: unde reſultat in hominibus obligatio illi, ut Supremo Domino, inſerviendi, obediendi, cultum exhibendi; adeoque peccent homines ſi iſta non præſtent. Jam vero hoc ſummum dominium iſti libri Sinenſes videntur Cælo, ſeu Cæli Domino, ac Rectori attribuere; dicunt enim quod Cælum, ſeu Cæli Dominus ac Rector conſtituat populis Reges, ac Doctores, tamquam ſui vicarios - A - mutet imperia - B. - Jubeat - C - munus committat - D - Legem imponat - E - peccatis iraſcatur, jubeat ea plecti - F - benigne votis annuat - G. - Imperator in ejus aula imperium capeſſat - H. - magiſtratus ab Imperatore, ſed Imperator a Cælo auctoritatem ſuam accipiat - J - illi inſerviatur ſicut filius parenti - K. - Regum ſit illi obtemperare - L - ſit crimen illi non obedire, illi non ſervire, illum non colere - M. - nec habeatur ad quem confugiatur, ut quis deprecetur delicti veniam, ſi in illum peccarit - N. - non audebitur vilipendere ejus ſervitium, ejus mandatum negligere, ejus voluntatem tranſilire - O - Omnes et magiſtratus, et populi intendant vires ſuas in ſubminiſtrandis rebus ad ejus cultum neceſſariis - P. - imo Imperator ipſe aret terram ad præparandam Orizam, et vinum ejus ſervitio impendendum - Q. - ei litetur, et libetur - R - Princeps ipſe coquat victimam ad ei offerendam - S - Princeps Ven vam omni diligentia ei inſerviret, ejus cultum ſollicitaret - T. - Imperator Vu vam ei litarit victimam cremando - V. - Imperator Hoam Ti palatium - X - et Imperator Chuen Hio muſicam fecerit ad ei litandum - Z - Quid quæſo amplius et diſtinctius dici poteſt ſive ad declarandum ſupremum cæli Rectoris dominium, ſive ad exprimendam arctiſſimam hominum erga illum ſubjectionem, illique ſerviendi neceſſitatem? numquid igitur iſti libri Cælo, cæli ve Domino, idem, quod nos vero Deo, attribuunt dominium? quia autem potentia, ſeu Omnipotentia Dei eſt affinis Dominio, nunc illi hanc ſubjungo.

Textus librorum.

1. Lib. Annal. Imperialium tom. 4. cap. Tay xi - Princeps Vu vam 1.
invaſurus Imperatorem Cheu in comitiis generalibus ſic ſuos
alloquitur, Nunc vero ille Imperator Xeu (idest Cheu) ex- M.
celſum cælum non colit, et innumera mala populis acceſſit; e-
brioſus, libidinoſus, crudelis; pro uno Reo totam familiam punit,
liberis propter parentes confert dignitates; ad conficienda ſibi effuſa
palatiorum, aularum penſilium, ſtagnorum oblectamenta, veſ-
tras omnium vires, et opes exhaurit; diro tormenti genere bonos,
ac fidos viros torret; prægnantium ventres diſſecat; hinc maximū
illud Cælum tremendâ ira concitatum juſſit defunctum Patrem C.
meum, Ven vam ſumma cum reverentia læſam Cæli maieſtatem F.
aſſumere ad expellendam tyrannidem; ſed grande opus nequiit an-
te mortem totum abſolvere - Quocirca ego puer ~~parvus~~ parvulus
Fa nunc in vobis omnibus imperij proceribus, et adjutoribus video
priſtinam imperialis familiæ Xam regimen defeciſſe, ac prorſus
decidiſſe; nec tamen ille Xeu etiam num reſipiſcit; ſed otioſa
imodeſtia domi agit; non ſervit Cæli Domino, aliiſque Cæli; ac M.
terræ Spiritibus; non litat Avorum Manibus in parentali eorū
palatio ~~m~~. Cælum ad populos adjuvandos illis conſtituit Re- A.
ges, ac Doctores; ſed hi Reges, ac Doctores poſſunt tantum Cæli Do-
mino cooperari, ac conſociari ad amandos, et pacandos totius im-

perij populos. — Si quis ergo siue nocens, siue inocens inueniatur,
O. qui sane ego ausim illius uoluntatem transilire? [illegible] Coaceruata
F. istius familiæ scelera mensuram suam impleuerunt; Cælum jubet
M. eam plecti; si ego Cælo non obtemperauero, meum hoc peccatum
ejus peccato par erit, hinc ego quotidie timore, et reuerentia ple-
nus petij facultatem à defuncto patre meo uen, litaui Cæli Domi-
no, litaui terræ spiritibus, ut uobis omnibus comitibus pœnas cæli
tandem exigerem. — Cælum est in populos liberale, ac misericors;
si quid populi expetunt, id illis annuit — Vos igitur me unum
quasi adjuuate ad expurgandum in æternum totum istud imperium.
— hoc tempus non est perdendum.
L. Et paulo infra. Cælum amat populos; Regum est cælo obtemperare.

上
書經泰誓上今商王受。弗敬上天。降災下民。沈湎冒色。
敢行暴虐。罪人以族。官人以世。惟宮室臺榭陂池侈服。
以殘害于爾萬姓。焚炙忠良。刳剔孕婦。皇天震怒。命我
文考肅將天威。大勳未集。肆予小子發。以爾友邦冢君。觀
政于商。惟受罔有悛心。乃夷居。弗事上帝神祇。遺厥先宗
廟弗祀
天佑下民。作之君。作之師。惟其克相上帝。寵綏四方。有罪
無罪。予曷敢有越厥志。
商罪貫盈。天命誅之。予弗順天。厥罪惟鈞。
予小子夙夜祗懼。受命文考。類于上帝。宜于冢土。以爾有
衆厎天之罰。
天矜于民。民之所欲。天必從之。爾尚弼予一人。永清四海。
時哉弗可失。
惟天惠民。惟辟奉天

2°. lib. Annal. imper. cap. chao kao: Vastissimi ille Cæli Dominus B. 2
ac Rector Imperiorum mutat successores.
3°. lib. Annal. imper. Cap. ta kao: Quæ ego facio, inquit princeps C. 3
Chim Vam, sunt ea quæ cælum imperat: illud certe rem grandem D.
et arduam mihi imposuit, meæque curæ commisit.
Ibidem paulo infra. — Ego autem puer paruulus non ausim Cæli Domini O.
mandatum negligere.
4. — lib. Annal. imper. Cap. Tay kia: Imperator prædecessor tuus lu- E. 4.
cidam illam cæli legem semper ante oculos habebat.
5°. — lib. ~~Annal. imper.~~ Immutabile medium, sinice Chum yum, art. 1°. E. 5.
— Cæli lex est ratio naturæ infusa.
6. — lib. carm. tom. Ta ya, oda Ta mim — Quamuis præclara vir- E. 6
tus adsit deorsum; terribile tamen sursum imperium. Hinc diffi-
cile uere cælo adhærere.
7°. lib. Annal. imper. Cap. Kin tem: Tunc princeps Vu Vam in Cæli Rec- H. 7.
toris aula excepit imperium, suæque virtutis jubar ad juuandos omnes
imperij populos longe, lateque diffudit.
8. — lib. Rituum, sinice Li ki cap. 32. Piao ki: Imperator, in- J. 8.
quit confucius, a cælo jussum capessit, uir litteratus a Principe;
iccirco si princeps jussui obtemperet, uir litteratus etiam obtemperat:
si princeps jussui non obtemperet, nec uir litteratus etiam obtemperat.
9 — lib. Rituum, Cap. ngai cum uen. — Vir pius inseruit parenti,
sicut inseruit Cælo; et inseruit cælo sicut inseruit parenti K. 9.
10. — lib. Sentent. art. 3. — Si in cælum peccaueris, non est ad
quem confugias deprecaturus. N. 10.
11. lib. Rituum cap. 32. — Olim [inquit confucius] tria prima O. 11.
imperia [scilicet Hia. xam cheu] in inseruiendo Cæli, ac terræ
intelligenti spiritui, semper sortibus usa sunt, non enim audebant
sua particulari determinatione, et electione uilipendere cæli Domi-
ni seruitium, ac cultum. Vide de his sortibus sententias non
sat inter se cohærentes.
12 — lib. Rit. cap. 6. — Hoc mense Imperator jubet montium, La-
cuum, Insularum, et fluminum præfectos unà cum aliis omnium
suæ imperialis dictionis urbium præfectis properè sollicitare pa-

2. 書經名誥。皇天上帝。改厥元子。予惟小子。不敢替上帝命。

3. 書經大誥。予造天役遺大投艱于朕身。

4. 書經太甲上。先王顧諟天之明命。以承上下神祇。5. 中庸上第一。天命之謂性。

6. 詩經大雅大明。明明在下。赫赫在上。天難忱斯。7. 書經金縢。乃命于帝庭。敷佑四方。

8. 禮記表記。子曰。唯天子受命于天。士受命于君。故君命順。則臣有順命。君命逆則臣有逆命。

9. 禮記哀公問。仁人之事親也如事天。事天如事親。10. 論語第三。獲罪於天。無所禱也。

11. 禮記表記。子言之。昔三代明王皆事天地之神明。無非卜筮之用。不敢以其私褻事上帝。

bulum ad alendas victimas, omnesque populos pro suis quemque viribus aliquid conferre ad colendum uastissimi Cæli Dominum, ac Rectorem &c. Vide in sequenti tractatu.

13.– lib. Rit. cap. 32. – Imperator suis ipse manibus arat terram ad præparandam Orizam, ac vinum Cæli Domini servitio. Q. 13.

14.– lib. Immutabile medium art. 19. – Ritus ille, quo litatur Cælo, et Terræ, institutus est ad serviendum Cæli Domino, ac Rectori. Vel dic. – Litamen, quod fit Cælo ac Terræ, est id, quo servitur Cæli Domino, ac Rectori. R. 14.

15.– Menci. lib. 2. cap. 1. Quamvis quis sit totus deformitate deturpatus, si se tamen componat, ac lavet, potest vel sic Cæli Domino litare. R. 15.

16.– lib. productionum, ac mutationum sinice yĕ kim ~~[illegible]~~ ~~Princeps~~ in symbolo huon: Sapientes prisci Imperatores solebant libare Cæli Domino, ac parentalia maiorum manibus ædificia erigere. R. 16.

17.– lib. yĕ kim, symb. tim Princeps virtute, et scientia absolutus coquit, ac condit ipse victimam, idest tenellum vitulum, ad libandum Cæli Domino. S. 17.

18. lib. carm. tom. ta ya, oda ta mim: Princeps autem Ven vam, ~~et vu uam probe venerunt discernere suorum trium primorum ministrorum tum ante, tum post, dignitatem adeptam, animos~~ omni cura, diligentia, ac reverentia Cæli Domino palam inserviebat. T. 18.

19. Libr. annal. Imper. Cap. Liĕ kim: Præterea Princeps ven vam et vu uam probe venerunt discernere suorum trium primorum ministrorum tum ante, tum post dignitatem adeptam, animos ad colendum Cæli Dominum, eique inserviendum. T. 19.

20. lib. 2. annal. universalium: Princeps vu uam salutatus Imperator a Regulis litavit Cæli Domino, victimam ac res oblatas comburendo, montiumque ac fluminum spiritibus pariter litavit, sed alio litandi modo: ac tandem omne belli opus confectum ubique denunciavit. V. 20.

X. 21.

21. lib. 1. annal. universal. Imperator Hoam Ti post traditam

12. 禮記月令。是月也命四監大合百縣之秩芻以養犧牲。令民無不咸出其力。以共皇天
上帝名山大川四方之神。以祠宗廟社稷之靈。以為民祈福。

13. 禮記表記。天子親耕粢盛秬鬯以事上帝。

14. 中庸上第十九。郊社之禮所以事上帝也。

15. 孟子下離婁上。雖有惡人。齋戒沐浴。則可以祀上帝。

16. 易經卦渙。先王以享于帝立廟

17. 易經鼎卦。聖人亨以享上帝。

18. 詩經大雅大明。維此文王小心翼翼。昭事上帝。

19. 書經立政。亦越文王武王。克知三有俊心。以敬事上帝。

20. 全史卷三。武王踐位。諸侯受命于周。尊武王為天子。 柴于上帝。望于山川。大告武成。

21. 全史卷一。帝廣宮室之制。遂作合宮。祀上帝。接萬靈。布政教焉。

22. 全史卷一。於是鑄為之鍾。作五基六英之樂。以調陰陽。享上帝。朝群侯。

ubique ædificiorum normam, ipse construxit unionis palatium, in quo Cæli Domino libabat, omnes proceres, ac populos excipiebat, recteque vivendi, ac regendi præcepta tradebat.

22. lib. 1. annal. universal. Imperator Chuen hio Imperatoris Hoam Ti nepos fudit æra, campana, et musicam ex quinque notis fundamentalibus cum sex modis floridis confectam composuit ad conjungendum violentarum, ac remissarum passionum temperamentum, ad litandum Cæli Domino, ad excipiendos Regulos. Z. 22.

§. 2.

De Potentia, juxta antiquos Authores.

Imensa Dei potentia in hoc maxime elucet, quod omnes mundi res non tantum ut esse incipiant, sed etiam ut conserventur, et ut operentur, ab ea pendeant; quod nihil possit sine ea fieri; quod possit omnia impedire, et destruere. Sed hæc, aut similia Cælo, Cælive Domino attribuunt illi libri; dicunt enim: Omnes res suam à Cælo trahunt originem - A - Omnes res ut esse incipiant, nituntur magna, ac prima cæli virtute - B. - activa cæli virtus novit, ac regit magna rerum initia - C - Cæli Dominus, ac Rector cæpit in actum exire à symbolo ænigmatica tabula libri yĕ Kim representante æquinoctialem mundi plagam; et postea ad hoc omnes mundi res, ac productiones profluunt - D - In omnibus hominibus quos producit cælum, invenitur materia, et forma - E - Cæli Dominus infundit homini internam naturæ rationalis rectitudinem - F - Cælum in China dedit populos, ac limites descripsit - G - producit quidem populos passionibus plenos, sed etiam dat viros sapientes, ut eos regant, ac dirigant - H - Sine ejus jussu, ac providentia nihil potest fieri - J - Homines obtemperantes, et virtute inclytos adjuvat - K. - Nullum è gente residuum sinit, nec aufugere permittit - L - Omnia potest impedire - M. - Sceptra confert - N - Rogatur ut longæ vitæ felicitatem, et quietam habitationem largiatur - O - Oratur pro frugibus - P - Occulta virtute populos stabilit ad simul cohabitandum - Q

Dum aliquid fit, quod nulla hominum uires efficiunt, hujus author ac causa, est cælum – R – Denique uniuersalis, ac particularis Cæli uirtus efficit, ut omnia sine mutua oppositione et in terra gignantur, et in Cælo rotentur – S – eamdem ergo, quam nos Deo, illi libri Cælo, Cælique Domino attribuunt potentiam; sed cum potentia Diuina non sit distincta a Scientia et uoluntate, nisi ratione principij, utramque huic subnectamus; et primo quidem de Scientia inquiramus.

Textus Librorum

1. A.

Lib. Rituum cap. 11. Omnes res suam à Cælo trahunt Originem, homines à suis Auis, iccirco hi cum Cæli Domino conferuntur – Illud ergo Litamen, quod Cælo fit est id, quo maxima grates omnium rerum principio persoluuntur, ipsumque corde recolitur.

3. ~~B.~~ C. 3. – Lib. Mutationum, et productionum parte xam chuen art. 1. Aeterna Cæli uirtus nouit, ac regit magna rerum initia, et obsequens terræ uirtus eas perficit.

2. B. 2. lib. mutat. et prod. symbolo Kien: Proh! quam magna est illa prima Cæli agentis uirtus! omnes res, ut esse incipiant, ea nituntur; illa autem totum cælum comprehendit, seu omnes alias Cæli uirtutes in se complectitur.

4. D. 4. Lib. mut. et prod. parte xue qua art. 5. Cæli Dominus, ac Rector capit in actum exire à symbolo ænigmatico Chin repræsentante æquinoctialem mundi plagam – et paulo infra, Omnes mundi res ex illo symbolo chin emanant – Vox illa Sinica Chin significat subitum, ac magnum motum.

5. E. 5. lib. carm. tom. ta ya oda Chim min: in omnibus istis hominibus, quos cælum produxit, inuenitur materia, et forma; cumque hanc omnes homines comunem naturam accipiant, ideo omnes naturaliter uirtutem pulchritudinis diligunt.

6 F. 6. lib. annal. Imper. cap. tam Kao: Maximus ille Cæli Dominus infundit homini internam naturæ rationalis rectitudinem.

7. G. 7 lib. annal. Imper. cap. Cu cay: postquam maximum cælum in China populos dedit, postea in primis Imperatoribus limites illi adscripsit.

8. – lib. Annal. Imper. cap. Chum Hoei chi Kao: Quia cælum producit H. 8.
homines desideriis, et passionibus plenos; ideo si duce Rectore, ac Domino careant, statim tumultuantur: at Cælum producit uiros intelligentes, ut illos regant.

9. Lib. mutat. et product. symbolo Vu uam: Si Cæli prouidentia non I. 9.
adjuuet, qui sane fieri quid possit?

10. lib. mut. et prod. parte xam chuen art. 12.: Si quæris, inquit K. 10.
Confucius, quem cælum adjuuat, est uir obtemperans; quem homines adjuuant, est uir uerax, seu rectus.

11. lib. mut. ac prod. symb. ta yeu: Summa uirtus, seu summa uirtu- K. 11.
te princeps à cælo adjuuatur, nihilque ei non bene, ac fauste accidit.

12. lib. carm. tom. ta ya, oda yum han: Vastissimi Cæli Domi-
nus, ac Rector, neminem ex nobis residuum sinit. Et paulo post, L. 12.
Vastissimus cæli Rector eccur non sinit nos procul aufugere?

13. Lib. carm. tom. ta ya, oda Chen niam: Nihil prorsus est M. 13.
quod uastissimum, et excelsissimum cælum impedire non possit: noli igitur tuos Auos degener probro afficere: quin et uel sic poteris tuæ prosperitati consulere.

14. Lib. carm. tom. Lu Cum, oda Pi Cum: Cum factum fuisset, N. 14.
ut Cælum in campo Mo ye penitus tandem Imperatorem Cheu ab-
jecisset, tunc omnes, ne dubites, dixerunt, omnem sollicitu-
dinem exue; Cæli Rector ad te appellit, siue manifeste uult, ut
imperes. – Ibidem paulo infra. magnam longæ uitæ felicitatem O
ad regni Lu conseruationem nostro principi Cælum conferat; re-
cuperatisque nostrorum familiæ Cheu principum terris, ei det
feliciter in oppidis Cham et Kiu habitare.

15. – lib. Rituum cap. 6.: Hujus uerni mensis primo die dicto P. 15.
Sin Imperator orat Cæli Dominum ut Rectorem pro frugibus.

16. – lib. Annal. Imper. cap. Hum fan: illud autem Cælum occul-
ta uirtute populos stabilit, illosque ad simul cohabitandum adju- Q. 16.
uat, ac colligit.

17. – Mencius lib. 2. cap. 3.: dum fit aliquid quod nulla hominum R. 17.

1. 禮記郊特牲第十一。萬物本乎天。人本乎祖。此所以配上帝也。郊之祭也。大報本反始也。

2. 易經乾卦彖曰。大哉乾元。萬物資始。乃統天。

3. 易經繫辭上傳第一。乾知大始。坤作成物。

4. 易經說卦第五。帝出乎震。
萬物出乎震。震東方也。

5. 詩經大雅烝民。天生烝民。有物有則。民之秉彝。好是懿德。

6. 書經湯誥。惟皇上帝。降衷于下民。

7 書經梓材。皇天既付中國民。越厥疆土于先王。

8. 書經仲虺之誥。惟天生民有欲。無主乃亂。惟天生聰明時乂。

9. 易經无妄。天命不祐。行矣哉。

10. 易經傳上第十二。子曰祐者。助也。天之所助者。順也。人之所助者。信也。

11. 易經大有。上九自天祐之。吉无不利。

12. 詩經大雅雲漢。昊天上帝。則不我遺。
昊天上帝。寧俾我遯。

13. 詩經大雅瞻卬。藐藐昊天。無不克鞏。無忝皇祖。式救爾後。

14. 詩經魯頌閟宮。致天之屆。于牧之野。無貳無虞。上帝臨女。

0. 天錫公純嘏。眉壽保魯。居常與許。復周公之宇。

15. 禮記月令。是月也。天子乃以元日祈穀于上帝。

16. 書經洪範。惟天陰騭下民。相協厥居。

17. 孟子下萬章上。莫之為而為者。天也。莫之致而至者。命也。

18. 中庸第三十。萬物並育而不相害。道並行而不相悖。小德川流。大德敦化。

vires efficiunt. Cujus autor, ac causa, est caelum.

18. S. 18. lib. Immutab. medium, art. 3. Videmus quotidie innumeras diversi generis res unà in terra produci, nec tamen illas sibi mutuo adversari. Videmus quatuor anni tempestates, Solem Lunam unà in caelo volvi, nec tamen, nec tamen illa sibi mutuo adversari. Id nimirum fit, quia inest quaedam virtus, tum particularis, quae in singulas res diversimode sese diffundit, tum universalis, quae ad omnes res productas vaste sese extendit.

§. 3.

De Scientia juxta antiquos Authores

Cum Scientia Dei, et Potentia sint attributa conjuncta, nihilq[ue] agat potentia ad quod Scientia non se extendat; si Cæli potentia, sive Cæli Domini potentia, sit eadem cum Dei potentia ut in præcedenti §. vidimus: inde possumus colligere, atq[ue] inferre quænam, et quanta sit ejus ~~potentiam~~ Scientia? Videamus tamen quid particulatim dicant de ea. Cæli Dominus inquiunt, hæc infima respiciens tremendam maiestatem tenet, et in respiciendis quatuor mundi, seu imperij partibus, quærit quietam populi sedem - A - Lustrauit omnia imperij regna - B - Principis Vam Ki animum considerauit, ac direxit - C - Cœlum clarissime omnia perlustrat, et quamuis altissimum, ad nostras tamen res, ac gesta, seu descendendo, seu ascendendo et usq[ue] et usque appellit, quotidieque huc respicit - D - Numquid Cœlum, inquit Confucius, me cognoscit? E - vult ne ille ut ego Cœlum fallam? Ut illi imponam? F. - Itaque si hæc pauca cum Dei Scientia sive visionis, sive simplicis intelligentiæ, sive approbationis singillatim conferas, nonne unum et idem esse dices? Jam vero cum per hanc Scientiam Dei uoluntas in sua operatione dirigatur, uoluntatem etiam Cæli, seu Cæli Rectoris, ac Domini uideamus.

Textus Librorum

1. A. 1. Lib. Carm. tom. ta ya oda Hoam y: maximus ille Cæli Dominus, ac Rector hæc infima respiciens tremendam maiestatem tenet; et in respiciendis quatuor mundi, seu imperij partibus, quietam populorum sedem, ac pacem quærit - Cum autem duo illa regna familiæ Hia et Xam rectam regendi formam amisissent, quærens lustrauit omnia ista imperij
B. regna; siquidem Cæli Rector adeptus ~~imperij regna~~ quem optat, mox ejus ditionis, ac regiminis normam promouet. Tunc igitur in partem occidentalem propenso animo respiciens, bene ad habitandum nostro Principi Tay uam dedit. Ibidem paulo infra. Cæli Dominus, ac Rector in hunc locum principem nostrum Tay uam clara uirtute præstantem transtulit deditque illi uxorem parem. Ibidem paulo infra: Cæli Dominus, ac Rector lustrauit illum montis Ki locum etc. ex eo regnum erexit, constituitque qui posset illud rite gubernare. B.
Rursus paulo infra ibidem: Cæli Dominus, ac Rector, Principij Vam Ki animam considerauit, ac direxit. C.

2. lib. Carm. tom. Cheu cum, oda Kim chi: Reuerentiam, reuerentiam, inquit, attende: Cœlum illud clarissime omnia perlustrat; ejus imperium, ac prouidentia fauor, non est conseruatu facilis - Vide ne dicas, altum est, altum est; illic sursum positum; ad has enim nostras res, ac gesta siue descendendo, siue ascendendo et usque, et usque appellit, quotidieq[ue] huc respicit. D. 2.

3º. - lib. Sentent. art. 14. - Cœlo, inquit Confucius, non irascor; de hominibus non conqueror; numquid igitur illud est Cœlum quod me cognoscit? E. 3.

4º. - lib. Sentent. art. 9. : ac quem, inquit Confucius, uult ille ut fallam? uult ne ut Cœlum fallam? ut Cœlo imponam? F. 4.

1. 詩經大雅皇矣。皇矣上帝。臨下有赫。監觀四方。求民之莫。維此二國。其政不獲。維彼四國。爰究爰度。上帝耆之。憎其式廓。乃眷西顧。此維與宅。帝遷明德。　天立厥配。帝作邦作對。維此王季。帝度其心。

2. 詩經周頌敬之。敬之敬之。天維顯思。命不易哉。無曰高高在上。降陟厥士。日監在茲。

3. 論語下第十四。子曰不怨天。不尤人。下學而上達。知我者其天乎。

4. 論語上第九。吾誰欺。欺天乎。

§. 4.

De Voluntate juxta antiquos Authores.

Non ago de voluntate Dei necessaria, qua Deus seipsum amat, aut qua sibi ipsi in suo infinito bono complacet; sed de voluntate ejus libera tum effectiva, tum affectiva, tum executiva; adeoque de amore, quo fertur erga rerum creatarum bonitatem seu moralem, seu physicam: et de odio, quo prosequitur earum malitiam moralem. Jam vero illi libri agendo de cælo, cælive Domino sic dicunt: Cælum, non Imperator Yao, dedit imperium Principi Xun possidendum -A-; potest quidem cælo aliquis proponi ut ei det imperium, sed non potest cælum cogi, ut ei det, uti Imperator non potest a Regulo cogi, ut det alicui regnum, -B- Quia Imperator Kie virtutem temnebat, Spiritus offendebat, populos vexabat, ideo Cælum throno deturbavit; et verissima virtute præditum Principem Tam illi substituit, -C-; eumque jussit omnium istorum regnorum limites componere, ac dirigere, -D-: hic princeps Tam, uti et minister ejus In potuit sua virtute cor cæli sibi devincire, -E- Olim iste Imperator Kie cælo non obtemperabat, suisque sceleribus totum imperium implebat; hinc Cælum adjuvans principem Tam jussit ejus imperium deturbare, -F-; aliquem autem Principem à paterni Imperij successione non rejicit, nisi sit huic Kie, aut Cheu similis, -G.- Omnes se vino ingurgitabant, fœtidusque eorum vitiorum odor ad excelsa usque pertingebat; idcirco Cælum destruxit familiæ In imperium, propterque effrænas libidines ipsius familiæ In gentem non amabat; Cælum non est crudele, sed illa gens hoc malum sua culpa ultro sibi acceleravit, -H- Cælum non semper omnes amat, sed qui ipsum colunt, hos amat -I- Princeps Tam cæpit in perfectionis studio ita quotidie crescere, ut ingenti splendore ejus virtus ad Cælum usque pertingeret; Cæli Dominus, ac Rector erat unicum ejus reverentiæ objectum; hinc Cæli Dominus jussit eum Chinam gubernare, ac componere -K- Cælum amat populos, -L- jubet eos, qui et rerum cognitione, et considerata vivendi norma aliis antecellunt, intelligentiam et sensum instillare iis, qui sunt hac in re posteriores -M- Principissæ N virtus erat rectissima, hinc Cæli Dominus eam protexit -N- Omnes isti populi miseriis obruti aspiciunt Cælum, quasi somnians nihil discerneret, sed maximus extat Cæli Dominus; quisnam sane est, qui dicat quod aliquem odio habeat? -O- Eheu! reconditum Cælum in hanc infimam terram effundit tremendam iram suam; hinc publica regiminis consilia prava, et malesana -P.- Si quid, ait Confucius, hac in re egi, quod æquitas non postulabat, me Cælum respuat; me, inquam, Cælum respuat -Q.- Quid sane clarius de ipsa Dei multiformi voluntate dici posset? quid distinctius? an non omnia ista verè Dei voluntati congruunt? Sed nunc de Justitia; est enim constans, et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.

Textus librorum.

1. Mencius lib. 2. cap. 3. Discipulus Van Cham sic suum Ma- A-1.
gistrum Mencium interrogat: Videor sæpius audiisse imperato-
rem Yao ministro suo Xun dedisse suum imperium; itane est?
Minime, reponit Mencius, Imperator non potest alteri dare im-
perium. — Princeps Xun subjicit Van Cham cum imperium ha-
buerit, ecquis igitur illud ei dedit? Cælum, reponit Mencius;
— Sed Cælum, opponit ille, in ista donatione eumne distinctis
verbis jussit esse Imperatorem? Minime, inquit Mencius,
Cælum enim non loquitur, sed per eximias virtutes, ac præ-
clara gesta, quibus Princeps Xun fulgebat, illud dun-
taxat indicavit: qui hoc, subjungit Van Cham? cui Men- B.
cius: Imperator dum videt aliquem imperio aptum, potest
quidem Cælo illum proponere, ut Imperator fiat; sed non po-

test Cælum cogere, ut illi imperium conferat; quemadmodum Re-
gulus dum videt aliquem regno aptum, potest quidem Imperatori
illum proponere, ut Regulus fiat, sed non potest Imperatorem
cogere, ut illi regnum conferat etc. — Olim Imperator Yao
principem Xun ad Imperatoris dignitatem Cælo proposuit; cæ-
lum propositum admisit; admissum imperij populis longe lateq;
perspicuum fecit; perspicuum effectum imperij populi admi-
serunt, ac receperunt.

2. C — 2°. lib. Annal. Imper. Cap. Hien yeu yĕ te. Imperator Kie vir-
tutem pessundebat, spiritus temnebat, populos vexabat; hinc
maximum cælum, seu Rex cæli, thronum illi non conservavit,
sed respiciens in omnes partes excitavit qui imperium exci-
peret; cumque propense quæreret virum vera virtute praeditum
E ad eum jubendum spirituum dominum, unus ille minister
In et princeps Tam verissima virtute praeditus potuit cæli
cor sibi devincire.

3. D. - 3°. Lib. carm. tom. Xam cum Oda Hiuen niao: Olim Cæli Domi-
nus jussit bellicosum principem Tam omnium regnorum limi-
tes componere, ac dirigere.

4. L. 4°. lib. Annal. Imperial. Cap. Tay xi: Cælum amat populos;
Regum est cælo obtemperare, et obsecundare: — Olim Imperator
Kie cælo non obtemperabat; omnia sibi suddita regna suis
sceleribus inficiebat. — Tunc cælum adjuvans principem
Chim Tam jussit ejus imperium deturbare.

5. G. 5°— Memc. lib. 2. cap. 3. Ut aliquem principem a paterni im-
perij hæreditate cælum rejiciat, opus est ut sit similis illis
Imperatoribus Kie, et Cheu.

6. H 6°— lib. Annal. imper. Cap. Cieu Kao: Omnes vino se ingur-
gitabant, fœtidusq; eorum vitiorum odor etc. ut supra in contx.

7. J. 7°. lib. Annal. Imper. cap. Tay Hiá: Cælum non semper
omnes amat, sed qui ipsum colunt, hos amat.

8. K. 8°— lib. carm. tom. Xam cum, Oda Cham fa: Tunc Impera-
tores familiæ Hia nondum cæli Domini imperium abjece-
rant; cum autem ventum esset ad Principem Tam, hic
opportuno natus tempore, cæpit in perfectionis studio ita quo-
tidie crescere, ut ingenti splendore ejus virtus ad cælum usque
pertingeret, idque diuturno tempore sine intermissione con-
tinuavit. Cæli Dominus, ac Rector erat unicum ejus reve-
rentiæ objectum. — Hinc Cæli Dominus jussit eum totaq; no-
vem Provincias, seu totam Chinam, quæ tunc sic divisa erat,
gubernare, ac componere.

9°. — Meme. lib. 2. c. 3. - Cælum ex omnibus istis hominibus, quos M. 9°. -
producit, eos qui rerum cognitione aliis praecellunt, jubet in-
stillare intelligentiam iis qui rerum cognitione sunt posterio-
res; et eos, qui considerata vivendi norma alios antecedunt, ju-
bet indere animi sensum iis qui recte vivendi consideratio-
ne sunt posteriores.

10. lib. carm. tom. Lu cum, Oda Pi cum: illius princi- N. 10.
pissæ virtus erat rectissima, hinc Cæli Dominus protexit.

11. lib. carm. tom. Siao ya, Oda Chim yue: En omnes is- O. 11.
ti populi miseriis obruti, omnibusque periculis expositi aspi-
ciunt Cælum, quasi somnians nihil discerneret; verum adve-
niente tempore, quod destinavit, nemo est quem non vincat.
— Maximus sane extat Cæli Rector? quisnam certe est ille qui
dicat quod odio aliquem habeat?

12°. - lib. carm. tom. Siao ya, Oda Siao mim: eheu! recon- P. 12.
ditum cælum etc. ut supra in contx.

13. - lib. sentent. art. 6. - Confucius interposito juramento: Q. 13.
si ego, inquit, hac in re [agit de Reguli uxore dicta
Nan ceu quam inviserat] quidpiam egi, quod honestas,
æquitas, et ratio non postulabat, me Cælum respuat; me
inquam, Cælum respuat.

1. 孟子下萬章上曰。堯以天下與舜。有諸。孟子曰。否。天子不能以天下與人。然則舜有天下也。孰與之。曰。天與之。天與之者。諄諄然命之乎。曰。否。天不言。以行與事示之而已矣。曰以行與事示之者如之何。曰。天子能薦人於天。不能使天與之天下。諸侯能薦人於天子。不能使天子與之諸侯。昔者堯薦舜於天。而天受之。暴之於民。而民受之。

2. 書經咸有一德。夏王弗克庸德。慢神虐民。皇天弗保。監于萬方。啓迪有命。眷求一德。俾作神主。惟尹躬暨湯。咸有一德。克享天心。

3. 詩經商頌玄鳥。古帝命武湯。正域彼四方。

4. 書經泰誓中。惟天惠民。惟辟奉天。有夏桀。弗克若天。流毒下國。天乃佑命。成湯。降黜夏命。

5. 孟子下萬章上。繼世以有天下。天之所廢。必若桀紂者也。

6. 書經酒誥。庶羣自酒。腥聞在上。故天降喪于殷。罔愛于殷。惟逸。天非虐。惟民自速辜。

7. 書經太甲下。惟天無親。克敬惟親。

8. 詩經商頌長發。帝命不違。至于湯齊。湯降不遲。聖敬日躋。昭假遲遲。上帝是祗。帝命式于九圍。

9. 孟子下萬章上。天之生此民也。使先知覺後知。使先覺覺後覺也。

10. 詩經魯頌閟宮。其德不回。上帝是依。

11. 詩經小雅正月。民今方殆。視天夢夢。既克有定。靡人弗勝。有皇上帝。伊誰云憎

12. 詩經小雅小旻。旻天疾威。敷于下土。謀猶回遹。何日斯沮。謀臧不從。不臧覆用。我視謀猶。亦孔之邛。

13. 論語上第六。夫子矢之曰。予所否者。天厭之。天厭之。

§º 5º

De Justitia, juxta antiquos Authores.

Justitia Dei distributiua juxta D. Thom. uel potius superjustitia, est quæ dat omnibus secundum dignitatem, nimirum bonis præmium, malis pænam: deinde cum ejus misericordia sit justitiæ plenitudo, illam etiam hic attingemus. — Nunc de utraque quid dicant illi libri uideamus. Simulatque inquiunt, posteriores familiæ Hia Imperatores præclara maiorum exempla, ac uirtutes abjecerunt, tunc Cœlum uariis calamitatibus imissis, usum est principis Tam manu ad transferendum illi imperium. — A — Nec inique hoc illi transtulit, utpote uirtutis tantum adjutor; ad imittanda enim bona, uel mala, tantum ueritatis, uel falsitatis spectat. — B — Iste Imperator Kie (nempe ultimus familiæ Hia) est multum nocens, Cœlum jubet eum plecti: ego, inquit princeps Tam Cœli Dominum uereor, non ausim illum non punire. — C — Iste Imperator Kie sceleribus scatens, ficte, et fraudulenter excelso cœlo abutebatur ad imperandum populis: sed cœli Dominus ejus sceleribus usus elegit familiam Xam, ex qua Princeps Tam ad accipiendum imperium. — D — Recta cœli agendi via bonos beans, et malos affligens, uaria familiæ Hia mala imittebat ad patefacienda ejus scelera: iccirco ego, inquit princeps Tam, iubentis cœli maiestati luculenter iratæ obsequens, non ausus sum illi parcere. — E — Qui inter res, pergit idem, uirtute et sapientia pollent, ego non ausim illos non perspectos facere; et ego si peccauerim, non ausim mihi ipse ignoscere, hoc enim dumtaxat spero quod spectat, ac sanxit Cœli Domini cor. — F — Deinde de sequenti imperiali familia In seu Xam, sic; Omnes uino se ingurgitabant, fœtidusque eorum uitiorum odor ad excelsa usque pertingebat; iccirco Cœlum destruxit familiæ In imperium, propterque effrænas libidines istius familiæ In gentem non amabat: Cœlum non est crudele; sed illa gens sua culpa ultro hoc sibi malum accersiit -G.- Cœli Dominus Imperatorem istum Cheu (nempe ultimum familiæ In) crudeliter regnantem puniit -H.- Illi populi regionis Miao vel pecunia vel auctoritate, justitiam corrumpebant, innocentesque opprimebant; hinc Cœli Dominus absq. errore illis pœnam intulit quam effugere non valentes prorsus perierunt -J.- Cœli Dominus non semper servat eundem agendi modum, bene agentibus innumera bona, male agentibus innumera mala immittit.-K- bene agentes præmiis, male agentes pœnis cœlum afficit, aiebat Confucius -L- pœna semper tibi metum injiciat, non inique Cœlum illam infert, sed homines sibi ultrò illam accersunt -M.- Heu? ego solus in miseriis? ecquam ergo causam cœlo dedi? ecquod meum peccatum?-N- O cœlum! diceris hominum pater, ac Mater, seu parens; et tamen sic ego sine crimine, horrendis calumniis obruor? O rigida cœli maiestas? -O- Cœlum in populos est misericors, et illos amat -P.-. Pluribus supersedeo; hæc enim videntur satis manifeste veram Dei et justitiam, et misericordiam generatim indicare; nec certe scio, utrum quid expressius ipsi Libri Christiani possint dicere? Sed nunc videamus quanam vita Cœlo, Cœlive Domino competat? adeoque non esse quid mortuum.

Textus librorum

1. A. 1.

Lib. annal. Imper. cap. y hiun: simul atque posteriores familiæ In Imperatores ttt. ut supra in ~~textu~~ contextu.

2, B. 2. Lib. annal. Imper. cap. hien yeu yĕ te: Cœlum non inique nostro Principi Tam contulit imperium; cœlum enim tantum juvat eum, qui purissima virtute excellit: et paulo post; Cœlum ad immittenda vel bona vel mala, unice spectat, [illegible] virtus adsit vel pura, vel mixta, seu falsa.

3. C. 3. Lib. annal. Imper. Cap. tam xi; Iste imperator Kie (ultimus à familia Hia) est multum nocens; cœlum jubet eum plecti. - Deinde paulo infra: Ego, inquit princeps Tam, audivi vestras omnium querelas; ille imperator Kie magnopere est nocens; ego Cœli Dominum vereor, non ausim illum non punire.

4°. - Lib. Annal. Imper. Cap. Chum hoei chi Kao: iste Imperator Kie sceleribus scatens ttt. ut supra in contextu. D. 4.

5°. - lib. annal. Imper. Cap. tam Kao: recta Cœli agendi via bonos beans, ac malos affligens, varia familiæ Hia mala immittebat ad patefacienda ejus scelera; iccirco ego puer parvulus (ait princeps Tam) jubentis Cœli maiestati lucculenter iratæ obsequens, non sum ausus illi parcere, sed ausus assumere, seu litare tenellum nigri coloris vitulum, excelsi cœli, ac densæ terræ spiritum (vel ut quidam Bachallaureus Christianus in manuscriptis excelsi Cœli Spiritualem Regem) palam admonui, petens ab eo facultatem, illa familiæ Hia scelera plectendi. - Ibidem, paulopost: Quam inter vos (pergit princeps Tam in magnis Comitiis) virtute, et sapientia pollent, ego non ausim illos perspectos non facere: et ego si peccaverim, non ausim mihi ipse ignoscere; id enim duntaxat specto quod Cœli Rectoris cor spectat, ac sanxit. E. 5°. F.

Hunc libri locum, paucis immutatis sic citat Liber sentent. cap. 20. ego Ly, est nomen principis Tam, puer parvulus ausus nigrum vitulum assumere, seu litare, et maximi Cœli, ac densissimæ telluris spiritum manifeste ac ~~palam~~ palam admonere sic: Ille Imperator Kie multis est nocens criminibus, non ausim ego illis ignoscere, ac connivere; omnes isti viri sapientes, tui sunt Cœli Rector, proceres; adeoq. non debeo permittere ut illi obscuram sine honore, ac magistratu vitam agant; id enim duntaxat specto, quod tuum Cœli Domine cor spectat, ac sanxit.

Nota: Lib. annal. imperial. dicit Xam tien Xin heu idest excelsi Cœli Spiritualis Rex seu spiritus princeps ut dixi, hic autem Sentent. dicit hoam hoam heu Ti idest ad litteram maximus Rex, Cœli Dominus ttt. vel etiam posset dici

Dominator dominantium, Rex cæli Dominus: ista enim vox hoam et heu utraque significat Dominator, et Dominus, licet etiam aliter utramque sumant Sinæ, ut infra videbimus.

6. G. 6º Lib. annal. imper. Cap. Cieu cao: Omnes vino se ingurgitabant &c. ut supra in contextu.

7. H. 7º Lib. annal. imper. Cap. Lie chim: Cæli Dominus imperatorem illum veneranda maiestate puniit.

8. J. 8º- lib. annal. imper. Cap. Liu him: Illi populi regionis Miao &c. ut supra in contx.

9. K. 9º- Lib. annal. imper. cap. y hiun: Cæli Dominus non semper &c. ut supra in contextu.

10 L. 10- Lib. serm. Confucij familiarium, seu domesticorum art. 20: Tuus ego discipulus yeu (alloquitur Confucium) olim memini Te, Magister, dicere, bene agentes præmiis, male agentes pœnis cælum afficit.

11. M. 11º- Lib. annal. imper. cap. Liu him: Pœna tibi, ut 1.ª in contx.

12 N. 12º- lib. Carm. tom. Siao ya: Oda Siao puon: eheu! ego solus &c. ut supra in contx.

13. O 13.- Lib. Carm. tom. Siao ya, Oda Kiao yen: O remotissimum, reconditissimum, et im̄ensum cælum! diceris hominum pater, et magister: et tamen ego sic absque crimine, absque causa horrendis calumniis obruor? ò rigida im̄ensi cæli maiestas! me in̄ocentem hac in re arbitror. - Et in sequenti Oda: Tu qui homines non erubescis, non times cælum?

14. P. 14.- Lib. annal. imper. Cap. Tay Xi: Cælum in populos est misericors. - Et paulo post: Cælum amat populos.

---

1. 書經伊訓。于其子孫弗率。皇天降災。假手于我有命。

2. 書經咸有一德。非天私我有商。惟天佑于一德。　惟天降災祥在德。

3. 書經湯誓有夏多罪。天命殛之　。予惟聞汝衆言。夏氏有罪。予畏上帝。不敢
不正。

4. 書經仲虺之誥。夏王有罪。矯誣上天。以布命于下。帝用不臧。式商受命。

5. 書經湯誥。天道福善禍淫。降災于夏。以彰厥罪　。肆台小子。將天命明威。不敢
赦。敢用玄牡。敢昭告于上天神后。請罪有夏。　。爾有善。朕弗敢蔽。罪當朕
躬。弗敢自赦。惟簡在上帝之心。　論語下第二十曰。予小子履。敢用玄牡。敢
昭告于皇皇后帝。有罪不敢赦。帝臣不蔽。簡在帝心

6. 書經酒誥庶羣自酒。腥聞在上。故天降喪于殷。惟逸。天非虐。惟民自速辜。

7. 書經立政。帝欽罰之。

8. 書經呂刑。惟時庶威奪貨。斷制五刑。以亂無辜。上帝不蠲。降咎于苗。苗民無
辭于罰。乃絕厥世。

9. 書經伊訓。惟上帝不常。作善。降之百祥。作不善。降之百殃。

10. 孔子家語第二十由也昔者聞諸夫子曰。為善者。天報之以福。為不善者。天報之以
禍。

11. 書經呂刑。永畏惟罰。非天不中。惟人在命。天罰不極。庶民罔有令政在于天下。

12. 詩經小雅小弁。我獨于罹。何辜于天。我罪伊何。

13. 詩經小雅巧言。悠悠昊天。曰父母且。無罪無辜。亂如此憮。昊天已威。予慎無罪。
詩經小雅何人斯。不愧于人。不畏于天。

14. 書經泰誓上。天矜于民　。惟天惠民。

§. 6.

De Vita juxta antiquos Authores.

Cum intelligere Dei sit vivere Dei; cumque in §. 3. jam viderimus Scientiam sive intellectionem Cæli, Cælive Domino competere, hinc possumus colligere quænam vita etiam ei competat. Sed hic non inquiro illud vivere essentiale præcise, quod est movere ipsum principaliter actu, seu operatione immanente per se; quasdam tantum operationes sive externas, sive internas, quibus vel principium à quo procedunt, vel Suppositum ad quod diriguntur esse vivens indicatur, afferam; quales sunt oblatio, datio, jussio, Locutio, auditio, visio, adoptatio, Oratio, et similes. Sic ergo dicunt illi libri: Cæli Dominus in somnis obtulit imperatori Cao Cum optimum ministrum - A - et princeps Vu uam somniavit sibi dari à Cæli Domino novem dentes, seu 9. annos - B - Cæli Dominus succensens pravitati Principis Quen non illi contulit recti regiminis novem leges - C - Dum Cæli Rector discerperet familiæ In imperium, extimulabat principis Vu vam virtutem, et in eo totum tandem imperium collegit - D - Dum cælum quæreret aliquem principem imperio aptum, soli familiæ Cheu principes inventi sunt digni, qui imperatores fierent, eosque præclarè instruxit - E - Cumque princeps Vu uam visitaret regulorum regna, tunc cælum adscivit eum in filium, seu Imperatorem elegit - F. - Sic etiam Cæli Dominus regnare regnare fecit præclaros Imperatores Chin et Kam. - G. - Cæli Dominus cum principe ven vam verba facit - H - Imperator debet cælum orare pro sui imperij conservatione, - J - Cælum juxta id quod populi vident, et audiunt, videt, et audit - K. - ~~etc~~. Nunquid omnes isti modi loquendi sat clare indicant ei, de quo agitur, vitam inesse? quænam autem vita, tum ex dictis, tum ex dicendis, sat patebit. —— Nunc de Immensitate.

Textus Librorum.

A. 1. 1°. Libr. Annal. imper. Cap. Quæ mim: Cæli Dominus optimũ imperij ministrum, et adjutorem mihi in somnis obtulit. Idem refertur in libr. 2. annal. universalium.

B. 2. 2°. - libr. Rit. cap. 8: Princeps ven uam filium suum vu uam alloquens: dic, inquit quod somnium tuum? Ego, reponit vu uam, somniavi Cæli Rectorem dare mihi ~~septem~~ dentes novem: quid per novem dentes intelligendum sit, ibi explicat princeps ven vam

C. 3. 3°. lib. annal. imper. cap. Hum fan: Cum princeps Quen ad reprimendas debacchantis diluvij aquas perturbasset quinque universalia rerum naturalium primaria principia, Cæli Dominus, ac Rector tremenda ira commotus illi non contulit communes recti regiminis novem leges, seu regulas.

D. 4. 4. lib. annal. imper. Cap. Kium xe: Olim cum Cæli Dominus imperium familiæ In discerperet, extimulabat principis vu uam virtutem, in eoque tandem totius imperij amplitudinem collegit

E. 5. 5°. - lib. annal. imper. Cap. tõ fam: Cum cælum in omnibus istis plagis quæreret qui imperium capesseret, vehementerque gravibus signis motum imprimeret, ut alicujus animum induceret ad excipiendum propensum Cæli jussum, nemo ubique locorum fuit, qui huic propenso jussui par foret: soli nostræ familiæ Cheu principes sua singulari in colligendis omnium animis dexteritate, claroque virtutis suæ splendore digni inventi sunt, qui spiritualis Cæli Domini fierent; iccirco illos cælum præclare instruxit, illisque electis imperiũ familiæ In transtulit ad dirigendas, ac componendas vestras illas omnes Provincias.

Nota: hic et alibi imperator Sinicus vocatur Spiritualis cæli, et omnium Spirituum Dominus, tum quia est litaminum quæ spiritibus fiunt, Dominus; tum quia spiritus ejus dominio seruntur ad cultum; uti in lib. carm. tom ta ya, oda Kiuen o uariorum interpretum collectores fan, et uan ad hoc Textus uerba: itaut tota uita tua sis omnium Spirituum Dominus; sic aiunt, Ista uox Dominus non tantum uult dicere quod sit Litaminum dominus, sed etiam quod perfecta Spirituum intelligentia ejus dominio innitatur.

Ex quo patet hunc loquendi modum non significare imperatorem esse Cæli Domino superiorem, eique dominari; sed quasi esse similem huic, quo dicimus; iste uir est gubernator Regis N; chiliarchas, Tribunus Regis N. idest tribunus constitutus a Rege, seu nomine Regis. — Unde Imperator Sinicus dicitur Cæli Legatus, lib. annal. imper. cap. in chim; Si Cæli Legatus, idest, Imperator, indiscriminatim bonos, et malos puniat, erit ardenti rogo crudelior — Sic etiam alibi.

Et Dictionarium hanc binam uocem Cæli legatus sic explicat: Qui jussum à Cælo accipit, dicitur Cæli Legatus; qui jussum à principe accipit, dicitur principis legatus, siue Magistratus.

Item Imperator Sinicus dicitur constitui Imperator à Cælo, aut Cæli Domino; dicitur ejus filius; dicitur Cæli Dominus esse ejus superior &c. ut uidere est supra, et hic infra; atq; in Cap.° sequenti.

6. F. – 6.° Lib. carm. tom. Cheu Cum: oda xi may: Cum ego inquit princeps Vu uam stato tempore Regulorum regna uisitarem, tunc cælum me in filium, idest imperatorem, adsciuit.

7.° G. – 7.° – Lib. Carm. tom. Cheu Cum; oda Che Kim: numquid sane emicant clarissimi Imperatores Chim, et Kam? sed et hos Cæli Dominus regnare fecit.

8 H. 8. – lib. Carm. tom. ta ya: oda, Hoam y, sic: Cæli Dominus principem Ven vam alloquitur; ego occultam, et præclaram tuam uirtutem nec multis uerbis, nec multa externa specie emicantem in corde foueo.

9. J. 9. – Lib. Annal. imper. cap. Chao Kao; Imperator uirtute sua usus debet orare cælum imperij sui perennitatem. Et paulo post, et infra. — Sic pergit princeps Chao Cum; Supplicitur hoc Serici uolumen usui futurum litaminis, ad orandum cælum imperij tui perennitatem, tibi Imperator, offero.

10. – Lib. annal. imper. cap. Tai xi Juxta id quod populi nostri uident, et audiunt, cælum uidet, et audit. K. 10.

10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1.

書經說命上。夢帝賚予良弼。

禮記文王世子。文王謂武王曰。女何夢矣。武王對曰。夢帝與我九齡。

書經洪範。鯀陻洪水。汩陳其五行。帝乃震怒。不畀洪範九疇。

書經君奭。在昔上帝。割申勸寧王之德。其集大命于厥躬。

書經多方。天惟求爾多方。大動以威。開厥顧天。惟爾多方。罔堪顧之。
惟我周王。靈承于旅。克堪用德。惟典神天。天惟式教我用休。簡畀殷命。
尹爾多方。

詩經大雅卷阿。俾爾彌爾性。百神爾主矣。 約集解。主非徒為祭
主。乃神之精靈。依以為主也。

書經胤征。天吏逸德。烈于猛火。 字彙吏字。又所使者曰吏。受命於天。
謂之天吏。受命於君。謂之官吏。

詩經周頌時邁。時邁其邦。昊天其子之。

詩經周頌執競。不顯成康。上帝是皇。

詩經大雅皇矣。帝謂文王。予懷明德。不大聲以色。

書經召誥。王其德之用。祈天永命。 惟恭奉幣。用供王能祈天永命。

書經泰誓中。天視自我民視。天聽自我民聽。

§.º 7.º

De Imensitate, juxta antiquos Authores.

Binam hic Dei immensitatem et quoad Ubicationem, et quoad Durationem comprehendo. — Quid illi libri de ea paucis innuant, accipe. — Cæli lex, inquiunt, tacite, ac mysterioso modo suum semper cursum sine intermissione, ac fine percipit — A. — Qui Cæli iram, ac mutationes reueretur, nec nugari, nec pergræcari audet; quocumq; enim abeas, quocumque uageris, Cælum clarissime uidens, illuc pertingit — B. — En ego istam cælo victimam offero; a dextris victimæ Cælum adstet, precor, uel dic adstat, — C. — Imensus Cæli Dominus, et populorum in hoc orbe infimo degentium Rex — D. — Spiritus non habet locum determinatum — E — O vastissimum, et immensum cælum! an non cogitas! an non meditaris? F. — Hæc pauca sufficiant ad exprimendam imensam Cæli Domini in quavis et durationis, et loci spatio existentiam.

Textus librorum.

1. A. 1. — lib. carm. tom. Cheu cum: Oda guei tien: Cæli lex proh! quàm arcano, ac mysterioso modo suum assidue cursum sine intermissione, ac fine peragit? numquid hoc luculenter patet? sic principis Ven uam virtus omnibus numeris absoluta numquam sistit.

2. B. 2. — lib. carm. tom. ta ya, oda fan; Qui cæli iram reueretur, non audet nugari, et ridere; quique Cæli mutationes reueretur, non audet pergræcari, et sibi indulgere; istud enim vastissimum, et reconditissimum Cælum dicitur omia perlustrans; quocumq; uagando te conferas, illùc pertingit.

3. C. 3. — lib. carm. tom. Cheu cum, oda ngo ciam: hunc ego agnum, hunc ego uitulum offero, ac libo: Cælum illi à dextris adstet, uel adstat.

4. D. 4. — lib. carm. tom. ta ya, Oda Tam: Imensus ille Cæli Dominus et populorum in hoc orbe infimo degentium Rex.

5.º — lib. mutat. et prod. part. Xam chuen, art. 4.: Spiritus caret determinato loco: et libri ye kim, seu mutationum, ac productionum doctrina, determinato objecto. E. 5.

6.º — lib. carm. tom. Siao ya, oda yu vu chim: Eheu! vastissimum, imensum, reconditissimum cælum, suæ virtutis beneficia non extendit, sed funestas sterilitatis calamitates immittit, destruitque omnia ista regna. O rigida clementis Cæli maiestas! an non cogitas! an non meditaris? si illos nocentes, ac sceleratos abjeceris, et perdideris, ipsi cum sint rei, suorum scelerum pœnam libenter excipient: istos vero inocentes ubique simul, ac permiscue in exitium præcipitare, quid? F. 6.

6. 5. 4. 3. 2. 1

1 詩經周頌維天之命。維天之命。於穆不已。於乎不顯。文王之德之純。

2 詩經大雅板。敬天之怒。無敢戲豫。敬天之渝。無敢馳驅。昊天曰明。及爾出王。昊天曰旦。及爾游衍。

3 詩經周頌。我將我享。維羊維牛。維天其右之。

4 詩經大雅蕩之。蕩蕩上帝。下民之辟。

5 易經上傳第四。神无方而易无體。

6 詩經雨無正。浩浩昊天。不駿其德。降喪饑饉。斬伐四國。旻天疾威。弗慮弗圖。舍彼有罪。既伏其辜。若此無罪。淪胥以鋪。

§. 8.

De Simplicitate, juxta istos Authores.

S. Thomas, ut probet Dei Simplicitatem, dicit Deum esse Spiritum, Spiritus est Deus Job 6. Cum enim Spiritus non sit compositus ex partibus quantitatis, est Simplex, et longe nobilior corpore; quia Spiritus est id, per quod corpus vivit. — Videamus ergo nunc si juxta illos libros, Cælum, seu Cæli Rector sit Spiritus. — — Eheu! inquiunt, vastissimi Cæli Rector non nos recogitat! cum Te intelligentem Spiritum tam reverenter colamus, sane succensere nobis non debes. A — Tria prima Chinæ imperia inservierunt Cæli, ac terræ Spiritui, qui vocatur Cæli Dominus, ac Rector. — B. — Sine ritibus, inquit Confucius, non habentur regulæ, quibus Cæli, ac terræ Spiritûs servitium, seu cultus dirigatur. — C — Hi omnes ritus instituti ad alendos vivos, ad sepeliendos mortuos, ad serviendum Spiritui Cæli Domino, ab illa prima origine emanarunt — D. Spirituale Cælum principibus familiæ Cheu sceptrum dedit — E. — Spiritualis Cæli agendi ratio quatuor anni tempestates sine errore dirigit — F. — Excelsi Cæli res et voce, et odore, seu sensibilitate, sunt expertes — G. Princeps Fo hi offerebat Spiritui victimas — H. — Princeps Chim tam litata victima admonuit excelsi Cæli Spiritualem Regem, seu Spiritum, idest, inquisiit ejus voluntatem, vel petiit ab eo facultatem — I. — Cum igitur dicant Cælum Spirituale, Spiritualem Cæli agendi rationem, Spiritualem Dominatorem, seu Regem, Cæli res esse sensibilitate expertes; certe inest Cælo Spiritus; imo et Spiritum, Cæli Dominum vocant: datur ergo Spiritûs simplicitas. Sed de hoc Spiritu, ejusque unitate, rursus postea.

Cætera Dei Attributa, utpote vel in dictis jam comprehensa, vel in dicendis satis comprehendenda, hic omitto. Insuper ut brevitati consulerem, particularem uniuscujusque textus applicationem cum respondente Dei attributo, attributi vel formalitate omittendam censui; hanc ipsemet lector facile poterit facere.

Textus Librorum.

1°. — lib. Carm. tom. taya, Oda yun han: Eheu! vastissimi Cæli A. 1.
Rector etiam vel sic non nos recogitas? cum te intelligentem
Spiritum interna, et externa reverentia sic colamus, certe nec
nos odisse, nec nobis succensere debes.
2°. — lib. Rituum cap. 32.: Olim, inquit Confucius, tria prima B. 2.
Imperia in inserviendo Cæli, ac terræ intelligenti Spiritui
seu intelligentiæ, semper sortibus usa sunt, non enim audebant
sua particulari determinatione, et electione vilipendere
Cæli Domini servitium, ac cultum.
3°. — lib. Rit. cap. 27. Sine ritibus, inquit Confucius, ut 1.a in contx. C. — 3.
4°. — lib. Rit. cap. 9. Hi omnes ritus etc. ut supra in contx. D. — 4.
5°. — lib. annal. imper. cap. to fam: Soli nostræ familiæ Cheu E. — 5°
principes, sua singulari in colligendis omnium animis dexteritate,
claroque virtutis suæ splendore digni inventi sunt, qui
Spiritualis Cæli Domini fierent.
6°. — lib. mutat. ac prod. symb. quon: Respice Spiritualem F. 6.
illam Cæli agendi rationem, qua quatuor anni tempestates
sine errore volvuntur. — hac autem Spirituali agendi via
utitur vir summa et virtute et scientia præstans ad proponendam
recte vivendi disciplinam: atque ita omnes se illi
subjiciunt.
7°. — lib. carm. tom. ta ya, oda ven vam: excelsi Cæli res G. 7.
etc. ut supra in contx.
8°. lib. 1. annal. universalium: Princeps Fo hi omnis generis
animantia alebat, tum ut culinæ inservirent, tum ut H. 8.
præsto haberet victimas Spiritui, vel Spiritibus offerendas. —
hinc etiam dictus victimarum mactator.
9°. — lib. annal. imper. cap. tam Kao: ausus sum inquit I. 9.
princeps Chim tam excelsi Cæli Spiritualem regem, vel excelsi
Cæli, ac densæ terræ Spiritum palam, ac manifeste admonere.

1. 詩經大雅雲漢。昊天上帝。則不我虞。敬恭明神。宜無悔怒。
2. 禮記表記。子言之。昔三代明王。皆事天地之神明。無非卜筮之用。不敢以其私
褻事上帝。
3. 禮記哀公問第二十七。孔子曰。非禮無以節事天地之神也。
4. 禮記禮運第九。以養生送死。以事鬼神上帝。皆從其朔。
5. 書經多方。惟我周王。靈承于旅。克堪用德。惟典神天。
6. 易經卦觀。觀天之神道。而四時不忒。聖人以神道設教。而天下服矣。
7. 詩經大雅文王。上天之載。無聲無臭。
8. 全史卷一。伏羲氏養六畜以充庖廚。且以為犧牲享神祇。又曰庖犧氏。
9. 書經湯誥。敢昭告于上天神后。

Sectio 3.ª

Ex dictis inuestigatur, Vtrum isti libri antiqui, et classici dent ueram aliquam primi Entis, seu Dei, cognitionem; adeoque, An ueteres Sinæ non fuerint Athei?

Ex multis, hæc pauca colligo. – 1.º – juxta hos libros, omnes res suam à Cælo, seu Cæli Domino, ac Rectore, trahunt primam originem, et nituntur ejus uirtute, ut esse incipiant, quod idem est ac Cælum, seu Cæli Dominus est prima omnium rerum causa: deinde homines producit, in illis rectam rationem, naturamque rationalem infundit; nihil absque ejus imperio, ac prudentia potest fieri; præsidet rerum principiis &c. An non ista significant primum Ens, adeoque illimitatum, et in omni perfectione infinitum, cum nihil illo prius, à quo limitetur, ejusque perfectiones terminentur, aut limitentur; illi enim libri nihil prius cælo, aut Cæli Domino agnoscunt. Deinde nuspiam reperias cæli Dominum aliquando incepisse; initium aliquando habuisse; progenitores ~~habuisse, aut~~ tenuisse, hominem fuisse; sed Spiritum tantum passim uocant: imo dum dicunt hunc a symbolo ænigmatico Libri yĕ kim plagam mundi æquinoctialem repræsentante, in actum exiisse, et ab hoc in omnes mundi productiones sese posteà diffundere; an non forte tacite innuunt illum incepisse mundi creationem ab æquinoxio uerno juxta Salian. et alios: quamuis princeps Ven uam per illam symbolorum ænigmaticorum dispositionem, ut aiunt interpretes, adumbret productiones, ac mutationes, quæ in toto unius anni decursu fiunt; nihil tamen obstat, quominus illa etiam referri possint ad productiones primi mundi anni, earumque initium; cum alte omnium Sinarum mentibus sit infixum ueluti perpetua successiuæ doctrinæ traditione receptum, omnium rerum originem, omniumque productionum principium in illa symbolorum ænigmaticorum dispositione gradatim ordinata reperiri, seu potius per illa repræsentari, et adumbrari.

2º Insuper perfectiones, quæ sunt Deo maxime propriæ, illi libri attribuunt cælo, seu cæli Domino; dicunt enim Reges populis ab eo constitui tamquam suos coadjutores, suos legatos, suæ justitiæ ministros: dicunt illum coli, timeri, orari; illi inseruiri, litari, obtemperari; peccatis irasci, uirtute deuinciri; bonis conferre præmia, malis inferre pænas; omnia perlustrare; animos considerare, corda dirigere, quocumque pertingere, non posse decipi: illum esse maximum, excelsum, immensum, intelligentem, amantem, misericordem, adjutorem, protectorem. Hæc non omnia ista sunt Sacræ Scripturæ similia, dum loquitur de Deo? v.g. Omnis potestas desursum est; per me reges regnant, et Legum conditores justa decernunt: mihi flectetur omne genu; iratus est furore Dominus; Deus ultionum dominus; Scrutans cor, et renes; excelsus Dominus et humilia respicit &c.

3. Neque dicas, hic forte recurrendum ad sensum allegoricum, per quem omnia ista applicantur uel cælo materiali, uel cælo cuidam inani, et chimærico: quomodo enim tam energicæ locutiones, et expressiones possunt in rebus tam grandibus, in negotiis tam grauibus adhiberi, ad significandum uel cælum materiale, uel cælum quoddam chymæricum! siquidem uel Imperator exhortando suos principes, duces, commilitones ad pugnandum contra iniquum populi oppressorem, sanciendo leges, ac ritus publicos, offerendo litamina, ac preces; uel regius minister dando suo principi rite uiuendi, ac rite regendi documenta; uel regius historiographus referendo illustria priscorum uirorum gesta utuntur his locutionibus, et expressionibus, ut uidere est in libr. Annal. uniuers. tom. 1.2. in libr. memc. &c. Si ergo his uerbis, et locutionibus, egissent de cælo chymærico, idem dic de materiali, ad quid sane hæc iuuassent? ecquem stimulum in exhortationibus, in minis, in consiliis? ecquam reuerentiam in litaminibus? in ritibus, in precibus? ecquam fidem in narrationibus afferre potuissent? deinde si de cælo materiali egissent, ad quid tot inusitatæ metaphoræ? quî tot modi loquendi, qui uix, aut ne uix quidem ipsi cælo materiali conuenire possunt? non enim potest, ut alia multa omittam, cælum materiale dici Spiritus, intelligentia, seu intelligens &c. alioqui jam faceres illud uel pure Spirituale, uel compositum ex materiali, et Spirituali, uel Spiritum cælo materiali coexistentem: uel certe diceres contraposita, nimirum idem omnino esse materiale, et immateriale, seu spirituale; seu idem omnino corpus, et Spiritum, quod repugnat: et quamuis sumeres ibi Spirituale pro accidente, non pro substantia; non tamen etiam uel sic negare posses inesse Spiritum, cum qualitas Spiritualis juxta Philosophos non possit recipi, et inhærere subjecto materiali, sed spirituali. Nec rursus recurras ad sensum metaphoricum; ubi enim inuenias aliquid materiale dici metaphorice Spirituale, nisi reuera uel ipsi insit aliquid spirituale, uel respectum habeat ad aliquid Spirituale, è quo denominatiue tantum dicatur Spirituale? Denique, ut omnia complectar, ubi inquam inuenies in historiis, in ritibus publicis, in legibus, in rebus tanti ponderis, tot et similes metaphoras? Cumque S. Augustinus lib. 3. de doctr. christ. c. 10. et 11. ad assequendum uerum S. Scripturæ sensum ponat hanc regulam: *Quotiescumque scripturæ uerba possunt proprie accipi, non sunt deflectenda ad significationem tropicam, aliumue sensum minus proprium; secus si ex uerbis propriè acceptis sequatur aliquid absurdum, aut falsum.* Numquid et hic potest seruire ista regula? cum nihil absurdum, aut falsum ex acceptione propriæ significationis sequatur: contra uero aliquid absurdum aut falsum ex alia acceptione sequeretur. Aliud est de ista uoce Cælum tropice sumpta pro *Cæli Domino*, seu *Spiritu Cæli*: hæc enim metaphora passim apud omnes gentes, et maxime Europæos, usurpatur, uti his diebus rursus legebam in libello gallico nuperrime

edito de nouis terris Mexicum uersus detectis, ubi assidue Cælum pro Cæli Domino usurpat.

4.° Jam uero ex his colligere possumus, Vtrum prisci Sinæ fuerint athei, necne? Atheus potest sumi dupliciter; uel negatiue, pro eo, qui nullam omnino alicujus supremi, et inuisibilis Numinis cognitionem habet; uel positiue, pro eo, qui licet aliquam obscuram illius cognitionem habeat, illam tamen rejicit, ac negat Deum esse. Atheismus primi generis consistit in intellectu tantum, seu potius in negatione actus intellectus; sed hic an dari possit, non discutio; Theologi enim communiter dicunt, licet probabiliter dari possit inuincibilis, seu negatiua ignorantia Dei, aut potius inaduertentia de existentia Dei, v.g. in puero, uel in homine syluestri, saltem ad breue tempus, ita ut ei nulla occurrat cogitatio de Deo; non tamen uideri posse dari talem ignorantiam respectu unius totius comunitatis. – Atheismus secundi generis non tantum in actu intellectus, sed etiam in uoluntatis actu consistit: cum enim hæc propositio Deus est non sit per se nota quoad nos, requiritur actus uoluntatis, ut intellectus determinetur ad illius assensum; unde positiue Athei et culpabiles quidem sunt, qui dum illis occurrit cogitatio de Dei existentia nolunt examinare rationes ad assensum intellectus requisitas, ut judicet de Dei existentia; uel illis examinatis nolunt, ut intellectus illis assentiatur: uel si ui manifestarum rationum intellectus rapiatur ad assensum, ipsi in corde hoc judicium rejiciunt: sed hisce duobus ultimis modis Semi-athei, aut impij potius quam Athei dicendi sunt, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis: ueritatem Dei in injustitia detinent; quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt. Rom. 1. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Psalm. 13.

Quod autem attinet ad illos priscos Sinas generaliter loquendo, nec uidentur intellectu, nec uoluntate

tate Athei fuisse; illorum enim intellectiones sunt illi libri antiqui, qui Cælo, Cælique Domino, ac Rectori attribuunt perfectiones Dei proprias, uti uidimus; illorum uolitiones sunt etiam in illis libris expressæ, dum narrantur tria prima Chinæ imperia Hia Xam, et Cheu, quæ 1976 annis circiter durauere, inseruiisse Cæli Domino, siue Cæli; ac terræ Spiritui, uel Spiritibus; Imperatores Chuan Hio Hoam ti Vu uam Cæli Domino litasse: princeps Ven uam omni cura, ac diligentia illi inseruiisse; princeps Chin tam illum ueritus fuisse, et illi obediisse; omnes magistratus, et populus, necessaria ad ejus cultum sollicitasse. Ex his igitur possumus colligere illos Sinas antiquos non fuisse Atheos; non tamen hinc continuo inferas illos sanctos, et à peccatis immunes, ac saluos fuisse. Et uero uix uidetur fuisse alius populus, qui in sanciendis ritibus ad colendos Cæli, terræ, montium, fluminum, aliarumue rerum sublunarium Spiritus tam diligens ac accuratus fuerit, quàm Sinicus: Qui ergo illi Sinæ dici possint Athei? Sed forte quis dicet: fateor, illi ueteres Sinæ uidentur habuisse aliquam primi Entis, seu Dei cognitionem, nec Athei fuisse: sed post inuectam in Chinam Sectariorum idolatricam, recentiores Sinæ nec uiderentur cum his comune aliquid sentire, sensim ad atheismum transierunt, priscamque illam primi Entis, seu Dei cognitionem amiserunt, atque adeo nunc aliter, quàm olim, sentiunt. Nunc ergo idipsum inspiciamus, et discutiamus, utpote in quo præcipua controuersiæ difficultas sita est. Itaque

Caput Secundum.

An Recentiores Sinæ habeant aliquam primi Entis, seu Dei, cognitionem, nec sint Athei?

Pro hac difficultate rite soluenda, rursus Sinarum libri consulendi sunt, sed libri Sinarum Recentiorum, libri usu recepti, libri suorum Authorum scientiâ, et famâ comendati, libri qui nunc teruntur, et ex quibus præsentes discipuli Sinenses suam hauriunt *cognitiones*: nec unus, aut alter, sed plures ejusmodi libri. — Sic enim scietur quas Sinæ præsentes habeant cognitiones, et quamnam primi Entis notitiam teneant, v.g. Si ipsi Sinæ cuperent scire quamnam nos Europæi SS.æ Trinitatis intelligentiam, ac notitiam habeamus, numquid prudenter, et tute agerent, si præcipuos Europæorum libros qui nunc in Scholis addiscuntur, aut explanantur, consulerent! Pari modo, si nos uellemus scire, An Græci non tantum Schismatici, sed etiam hæretici sint, eorum libros usu nunc receptos deberemus consulere; et si forte post inquisitionem de uero eorum sensu adhuc dubitaremus, tunc stare Græcorum eruditorum judicio deberemus, suos libros uiua uoce nobis explanantium. Ita in hac difficultate.

Dixi *cognitiones*, non *uolitiones*: aliud namque nosse, aliud uelle; aliud nosse Deum, aliud uelle; et quamuis intellectus ueritatem aliquam agnoscat, sæpissime tamen uoluntas renuit se illi subjicere, multoque minus amat illam in praxim deducere. Itaque de his omnibus nunc agamus, et primò quidem ut cognoscamus An Recentiores Sinæ non eamdem, quam prisci, cognitionem primi Entis habeant, eamue amiserint, aut deturparint: uideamus quomodo ipsimet explicent illos omnes textus originales librorum antiquorum, quos in cap. præcedenti retulimus; si enim eorum explicationes, seu interpretationes conformes sint textus Originalis sensui, tunc certum est eorum cognitiones easdem etiam esse ac cognitiones priscorū Sinarum, qui illum textum Originalem composuerunt; adeoq. unum et idem agnoscere: textûs autem Originalis sensum habes in dicto cap. præcedenti. Inspiciamus nunc eorum interpretationes, eumdemque ordinem quem supra, sequamur. Sed ut sim breuior, quando interpretatio coincidet cum sensu originali jam explicato, aut nihil expressius dicet, eam omittam (quod bene notandum est pro intelligentia totius hujus capitis) eamque tantum afferam, quæ uidebitur aliquid expressius dicere etiam in partem contrariam. .

Sectio 1.ª

Quas perfectiones cælo, aut cæli Dño, attribuunt libri recentiores, antiquorum classicorum interpretes?

Respondeo: uidentur easdem, quas libri antiqui quoad rem, licet subinde sub diuersis verbis, attribuere.

§. 1.

De Dominio, juxta Recentiores interpretes.

Circa hoc paucis refero quorumdam interpretum sensa. Dum excelsum, inquiunt, cælum populis, quos producit, constituit Reges ad eos regendos, et Doctores ad eos docendos, ejus intentio id unum optat, ut hi Reges, et Doctores suo nomine, suique Vicarij, rectam uitæ disciplinam tradant, ac propagent adjuuando cæli dominium in eo ad quod non pertingit — A. — Cælum producens hominem, postquam materiam sensibilem ei dedit ad formandum corpus, tunc rectam rationem ei infundit ad constituendam naturam rationalem: — hæc recta ratio quatenus in Cælo, est cæli uirtus prima, communicatiua, directiua, perfectiua; quatenus in homine, est congenita, hominis pietas, æquitas, honestas, intelligentiæ semina; hujus infusio, ac receptio est instar præcepti à Cælo impositi, ideoque dicitur Cæli Lex — B — Hæc cæli lex, seu ratio naturæ infusa generaliter sumpta comprehendit omnes res creatas; specifice sumpta prout est facultas lucida, et intelligens, seu rationalis comprehendit tantum hominem — C — S. Thom. 1.2. q. 90. ar: asserit Legem esse aliquid rationis, et legem æternam esse rationem gubernationis rerum in Deo tamquam in principe, siue rationem diuinæ Sapientiæ secundum quod est directiua omnium actuum, et motionum: Legem naturalem in nobis existentem esse participationem istius legis æternæ, à qua omnia regulantur ad proprium finem; sed creatura rationalis excellentiori modo, quatenus est prouidens sibi, et aliis. — Hanc Legem naturalem humanam esse,

esse quoddam dictamen rationis practicæ, nempe prout impressum a Deo, et intimans sub obligatione quid faciendum, aut omittendum. Hæc S. Thomæ principia non video cur non possint convenienter aptari iis quæ ipsi Sinæ interpretes dicunt de Cæli leges, de qua sic rursus aiunt, Cæli agendi ratio, seu cæli via, caret omni iniquitate; semper honestati, et æquitati, inhæret: id autem quod princeps tamquam Cæli Vicarius, cælique nomine regimini præest, est quia cæli honestatem, et æquitatem ad regendos populos sibi proponit. — D. — Ego autem, ait Confusius, nec Spiritui anguli in cubiculo austro-occidui, nec Spiritui foci, adulandum esse censeo; sed supra hos spiritus, maiestas cæli maior, utpote nulli alteri comparabilis, haberi non potest. — Siquis in eo quod agit, muneris sui partes transgrediatur, nec rectam sequatur rationem, hic in cælum peccat; ut hoc autem peccatum condonet, ecquem, quæso, rogare possit? — E. — Vir deturpatus præmissâ abstinentiâ, et munditie, potest ad intelligentem Spiritum accedere, et Cæli Domino litare. — F. — Imperatores libabant Cæli Domino, et erigebant parentalia ædificia ad ~~afferendum~~ ostendendum in imperio haberi Dominos. — G. — Ratio autem cur Imperator libet cæli Domino, est quia nihil in mundo habetur, quod cæli Dnus non producet; et nihil quod imperator non reget. H. — Imperator in colendo cæli Dno, dignitatem sibi cælitus collatam ornat, et sic habet supra se, cui obtemperet; in creandis populorum, ac regnorum inspectoribus, totum monarchiæ corpus firmum efficit, et sic habet infra se, quibus rerum curam committat: hincque fit, ut sive supra se, sive infra se, oculos vertat, nulla re verecundetur; imperatorij enim dignitas inter hos duos terminos Cæli et Hominis versatur. — Dum autem dicitur Imperialis familia Hia veneratafuisse, Imperialis familia Xam magnificasse, Imperialis familia Cheu reverenti servitio coluisse cæli Dominum, unus et idem est sensus. — J. — Vides igitur

ex his Reges, ac Doctores populorum à Cælo tamquam supremo Dno constitui; ab eodem hominis corpus produci, naturam rationalem infundi; ejus legem generaliter sumptam esse rationem naturæ infusam; specialiter sumptam esse rationem naturæ lucidæ, seu intelligenti, insitam. Deinde dum quis transgreditur rectam rationem, in cælum peccare; ei libari ut Domino, ut Spiritui intelligenti, ut rerum effectori; ipsum esse supra Imperatores; hos ei obtemperare; Imperatores trium priorum imperiorum ei inservuisse. Quid, quæso, amplius de Deo ut Domino, dici potest? Nunquid etiam ille Prodigus Evangelicus Luc. 15. dicebat, Pater peccavi in Cælum, et coram te?

Textus Librorum.

1. Ad 1.m Textm capitis præc. §. 1.r de Dominio sic interpretatio ab hoc Imperatore Kam Hi in lucem edita, dicta quotidiana 4. librorum explicatio sinice Su xu gě Kiam in libri Mencij, qui citat dictum textm imutatis paucis verbis, explicatione: Dum excelsum cælum populis &c. ut supra in contx. A. 1.

2. — Ad 5.m Textm cap. præced. §. de Dominio, sic eadem quotidiana explicatio: Cælum producens hominem, postquam aerem, seu materiam sensibilem ei dedit ad formandum corpus, tunc rectam rationem ad constituendam naturam rationalem ei infundit. Idcirco hæc ratio, quatenus in cælo, est virtus magna, seu prima; comunicatrix, seu extensiva, directiva, perfectiva; et ab hac quatuor anni tempestates, quinque primaria rerum naturalium universalia principia, omnes rerum species, omnes rerum mutationes, ac productiones, profluunt. — Quatenus in homine, est congenita pietas, æquitas, honestas, intelligentia; et ab hac quadruplex naturalis affectus misericordiæ, verecundiæ, reverentiæ, rectitudinis; quintuplex humanæ conditionis ordo, nempe debitus inter patrem, et filium amor; debita inter Regem, et subditum æquitas; debita inter maritum, et uxorem diversitas; debita inter Seniorem, et juniorem subordinatio; debita inter amicum, B. 2

et amicum sinceritas ; Omnes res, omnes actiones reguntur, ac diriguntur: hujus rationis infusio, ac receptio est instar legis, aut præcepti à Cælo impositi: atque hoc est quod dicitur ratio naturæ infusa.

C. Deinde Doctor, seu Interpres Cay hiu chay circa hanc rem ad initium libri Doctrinæ Adultorum Sinice Ta Hio sic etiam ait: quod liber ta Hio vocat facultatem, vel naturam lucidam et intelligentem, est id quod liber Chum yum, seu Imutab. medium, sic exponit: Cæli lex est ratio naturæ infusa; sed istæ voces libri Chum yum ratio naturæ infusa comprehendunt et homines, et alias omnes res. — Hæ autem libri ta Hio, facultas, vel natura lucida et intelligens, indicant duntaxat hominem; non enim hanc habent aliæ res, nec cum homine ejusdem naturæ.

C. Denique ad eumdem lib. ta Hio, sic quotidiana explicatio: Lucida illa hominis facultas est recta ratio, quam Cælum ei, seu Lumen infundit; hocque est, quod dicitur lucida Cæli lex. — nonne hæc habet aliquam similitudinem cum eo quod dicitur in Psalm. Signatum est super nos lumen vultûs tui, Domine?

3. D. 3. — Ad 8m Textum &c. sic Interpres Chin hao citans authorem Liu: Cæli agendi ratio &c. ut supra in contx. deinde hæc addit: Cæli ordinatio, cæli dispositio, Cæli lex, cæli ultio, Hæc omnia sunt Cælum.

4. E. 4. — Ad 10m. Textum &c. Sic quotidiana explicatio: Ego autem ait Confucius, ut supra in contx.: immiscens hæc: qui in agendo sequitur rectam rationem, huic Cælum bona elargitur; qui in agendo adversatur rectæ rationi, huic cælum mala immittit.

5.. F. 5. — Ad 15. textum &c. sic Interpres Cham kiu chim vulgo Cham colao idest, primus olim Imperij minister: Hominem deturpata facie vilescentem mos est quidem ab alijs fastidiri; si tamen abstinentiam præmittat, sese diligenter lavet, sordes excutiat, tunc vel ad ipsum intelligentem Spiritum accedere, litamenque cæli Domino offerre potest.

6º — Ad 16. Textum &c. sic liber dictus Vera libri mutat. et productionum explicatio, sinice Cheu ye chim kiay compositus, seu in lucem editus abhinc novem annis a tribus viris Litteratis ex urbecula Tan yam Provinciæ Nankinensis, quæ Provincia est præcipuum totius litterariæ rei Sinicæ Seminarium — libare autem cæli Domino, et erigere parentalia ædificia, ad ostendendum in imperio haberi Dominos, est verè: unde homo monetur ad colligendum suum animū. G — 6.

7º — ad 17. Textum &c. Sic idem liber vera libri mut. et product. explicatio: ratio autem cur Imperator libet cæli Domino, est quia nihil in mundo, seu in Imperio habetur, quod Cæli Dominus non producat, et nihil quod Imperator non regat. — Deinde paulo post citat quamdam Doctoris Chu hi interpretationem in librum Rituum, quo sic ait: Cælum omnes mundi, seu imperij res, producit, nec ulla est ejus virtuti comparabilis; idcirco illi offertur una tantum victima. — Imperator autem omnes imperij res habet seu in illas dominium habet: idcirco Regulus pro victuali munere unum tantum tenellum vitulum illi offert. H. 7.

8º — Ad 19. Textum &c. Sic interpres, Cai xin. Imperator in colendo &c. ut supra in contx. 8. 8.

10. 書經立政。祭洗。以是敬事上帝。則天職修而上有所承。以是立民長伯。則禮統立而下有所寄。人君位天人之兩間。而俯仰無作者以是也。夏之尊帝。商之丕釐。周之敬事。其義一也。

1. 孟子梁惠王下。日講。上天降生下民。立之君以主治。立之師以主教。其意但欲為君師者。代天宣化。輔助上帝之所不及。

2. 中庸第一。日講。天之生人。既與之氣以形。即賦之理以成性。故在天則為元亨利貞。而四時五行。庶類萬化。莫不由是而出。在人則為仁義禮智。而四端五典。萬事萬物之理。無不統於其間。其稟受賦畀。即如天之命令。所謂性也。

3. 四書蒙引大學卷一。大學之明德。即中庸天命之性也。但中庸性字兼人物。而明德則專指人。非物所得而同矣。

4. 大學日講。人之明德。乃天所昭然付予之理。所謂天之明命也。

5. 禮記表記第三十二。陳澔。呂氏曰。天道無私。莫非理義。君所以代天而治者。推天之理義以治斯人而已。天敘天秩天命天討。莫非天也。

6 論語上第三。日講。媚奧媚竈。吾皆以為不然。奧竈之上。至尊無對。莫過於天。順理而行。則天降之祥。逆理而行。則天降之災。倘所行不能安分。不能循理。即為得罪於天。天之所罪。將何所禱以求免哉。

7. 孟子離婁下。張居正。至於醜惡之人。本人情之所憎厭者。使能齋戒沐浴以致其潔。則雖對越神明。而奉上帝之祀。亦無不可。

8. 周易正解渙卦。享帝立廟。以示天下之有主。正是收拾人心之大機括處。

9. 周易正解鼎卦。聖人所以享上帝者。以天下無一物非上帝之所生。亦無一物非聖人之所統。禮記小註有云。天下之物。皆天之所生。無物足以稱其德。故牲則以特。天下之物。皆天子之所有。故諸侯膳之以犢。

§.º 2.º

De Potentia juxta Recentiores Interpretes.

Sic hi: magna, inquiunt, ac prima cæli virtus est res assidue producendi animus — Ubiprimum hujus uis motrix in actum erumpit, mox rerum productio et quoad materiam, et quoad formam incipit emergere: illa cæli uirtus non tantū ad principium, sed etiam ad totam rei perfectionem concurrit, et totam generatim cæli Rectoris potentiam apprehendit, ac continet, adeoque tres cæteras cæli uirtutes scilicet communicatiuam, directiuam, perfectiuam in se complectitur. — A. — Hæc quadruplex cæli virtus tacito modo intra arcanam, ac mysteriosam caliginem uoluens, suo motu omnia producit; nimirum ab hac cæli uirtute quatenus magnâ, et primâ, habetur initium rei; quatenus directiuâ, habetur tendentia rei ad suum finem; quatenus perfectiua, habetur perfectio rei, et finis consecutio — B. Vnde qualibet res habet quadruplicem hujus quadruplicis cæli uirtutis participationem proportionate juxta cujusq; naturam; quæ participatio à cæli Lege accepta, est quid subtilissimum, purissimum, simplicissimum; cæli enim res, utpote sensibilitate expertes, nec cogitatione comprehendi, nec sensu, aut figura exprimi possunt. — C — Dum dicitur actiua cæli uirtus nouit rerum principia, illa uox nouit idem est ac Dominum agit, regit, dirigit; eo modo quo dicitur ad significandum urbis gubernatorem, ille nouit urbem idest Dominum agit in tota urbe; omnes illius res regit, ac dirigit — D — quod enim dominatur in omnium rerum productiones, est illa actiua cæli uirtus, quæ in actum exiens cum passiua terræ uirtute omnes res perficit — E — Omnium rerum productiones, ac perfectiones pro suo primo principio habent cælum; et quia cælum in res producendas, ac perficiendas dominatur, idcirco dicitur cæli Dominus, ac Rector: hujus cæli Domini in actum exeuntis, et ab actu cessantis uis motrix, seu uirtus mouens, ad omnia octo Symbolorum ænigmaticorum, quibus in isto libro yě Kim, rerum mutationes, ac productiones figurantur, tota sese diffundit; omniaque ista 8. Symbola reguntur, ac pendent a Cæli Domino – F. – Ecquis autem illas omnes mundi res producit? ecquis perficit? certe oportet ut existat aliquis qui sit Dominus, ac Rector, et ob hanc causam uocatur Xam Ti idest Cæli Dominus, ac Rector – G. – Ut enim omnes res producantur, ac perficiantur, necesse est haberi à quo producantur, ac perficiantur; ideoque Ti idest Xam Ti est Cæli Dominus, ac Rector. Denique si penitus inquiratur, quodnam sit harum omnium rerum principium? | ait infra citatus author | etiam nihil est aliud, quam aeris, seu uitalis auræ uis motrix | nempe uitalis principij uis motrix | ubi hæc aeris, seu uitalis auræ uis motrix agit, statim ex hac subsequuntur omnes res. – H. – Quod autem hic per istam uocem aer seu uitalis aura possit, aut debeat intelligi principium vitale, uel quid simile, ut facias Sinas loqui cohærenter, nec loqui sibi ipsis contraria, non uero iste sensibilis aer, uide infra sectionem 3.^{am} – imo ipse interpres, qui prædictum authorem citat, sic in ejusdem articuli præfatione ait: quando dicitur ipsa uis motrix aeris, seu uitalis auræ, tunc nondum habetur rerum existentia | adeoque nec ipse aer sensibilis | sed quia Cæli Dominus in actum exiens, et ab actu cessans, non potest uideri; idcirco dicuntur ex habito Cæli Domino omnes res subsequi ad agendum, et cessandum, ut per id quod uideri potest, cognoscatur id, uel is, qui uideri non potest. – Unde idem postea de hac re sic rursus ait: ille Cæli Dominus in actum exiens, et ab actu cessans, non potest uideri; et si velis eum exeuntem in actum, et ab actu cessantem nosse, eccur id non spectas ex omnibus rebus productis? quonam sane modo res possint seipsas facere; quia autem Cæli Dominus in illas dominatur, ideo potest uideri illarum actio, et cessatio, seu motus, et quies: atque ulterius hinc potest sciri, ac cognosci Cæli Domini actio, et cessatio – J. – Rursus sic: illa cæli uis actiua, seu

Cælum, in hac 8. Symbolorum ordinata serie positum primo loco, Regis, seu Domini partes agit; est enim rerum effector Dominus, nihilque est, quod non contineat, ac regat: alia agentia ab eo pendent, ab eo reguntur, ac continentur, ad ejus nutum suum munus exercent – K. – Ex his patet illos Authores agnoscere aliquod principium inuisibile ante sensibilem rerum existentiam, quod uocant Cæli Dominum, Sinice Ti seu Xam Ti; adeoque per ipsam uocem aer seu uitalis aura debet hic intelligi principium uitale, inuisibile, ac primum mouens; nihil enim prius hoc principio agnoscunt. Deinde, ut infra dicam in sect. 3. per ipsam uocem aer Sinice Ki passim intelligunt uitam, motum intrinsecum, uitalem auram, ut more antiquo, Vitales exspuit auras.

Nunc cætera breuiter prosequamur: in omnibus istis hominibus, inquiunt, à cælo productis habetur corpus sensibile pro materia, recta ratio pro forma, qua homines naturaliter amant uirtutem. – L. – Qui cordis rectitudinem non sequitur, hic cæli Legi aduersatur, ideoque cælum eum non adjuuat | nempe speciali auxilio | cælo non adjuuante, innumera in suis rebus obstacula offendit; et licet uelit quidpiam agere, quî sane illud possit! – M. – Cælum enim non sine fundamento, ac ratione homines adjuuat: Si quis rectam rationem fideliter sequatur, hic potest sibi cæli cor devincire; atque hic est uir obediens, quem Cælum adjuuat. – N. — Hæc autem uerba summa uirtus, seu summa uirtute princeps a cælo juuatur, nihilque non bene, ac fauste succedit, dicuntur quidem innixa uacuo | idest ut dicam postea, innixa re, uel fundamento insensibili, inuisibili; et à materia abstracto | sed hæc explicatio à Confucio non est inaniter, et temere facta – O. — Vastissimi Cæli Rector, qui potestatem habes, ut et à malis fugere, et ad bona tendere possimus, eccur non sinis nos procul aufugere! – P. – quamuis altissimum uideatur nihil de hisce rebus cogitare; ejus tamen rerum effector spiritus intelligens, qui comprehendi non potest, omnia pericula potest arcere, et resipiscenti fauere – Q. – Cælum in arcana, et mysteriosa caligine habet quo tacite populos stabiliat, juuet, uniat, et conjungat ad cohabitandum. — R. — Dum naturaliter aliquid fit, quod nullæ hominum uires efficiant, id dicitur esse cælum, quod in profunda illa, ac imensa caligine Dominus, ac Gubernator, nec comprehendi, nec concipi potest — S. — Et quod unicuique inditur juxta illius exigentiam, nullis apparentibus effectoris uestigiis, hic que ut det, uel auferat, ut ueniat, uel abeat, in profundâ illa, ac mysteriosâ plenam ex se habet libertatem, et dicitur naturalis Ratio incomprehensibilis — T. — universalis ille, ac particularis cæli virtus nihil est aliud, quàm quadruplex ejusdem uirtus prima, seu magna, comunicatiua, directiua, perfectiua, uniuersaliter, et particulariter sumpta. — V. — Deinde per illas omnes mundi res intelligitur aliquid externum, et sensibile; per hanc autem uirtutem uniuersalem, et particularem, intelligitur aliquid internum, et liberum — X. — deniq. hæc uniuersalis uirtus est prima omnium rerum radix, atq. primum omnium productionum principium. — Z. —

Hæc omnia si Deo, ut causæ primæ, et uniuersali, ejus Omnipotentiæ, ejus prouidentiæ, ejus auxiliis, ejus concursui simultaneo, ejus Sapientiæ, singula singulis aptare uellem, haud dubito longior forem: cum igitur ex se sint satis clara, ad aliud transeo.

Textus Librorum.

1. A. 1. Ad 2m. textum cap. præc. §. 2. de Potentia sic uera libri mut. et produt. explicatio: uirtus illa, qua res nituntur ut esse incipiant, uocatur magna, et prima: deinde paulo post; quid est hæc magna, ac prima cæli uirtus! cælum rerum productionem maxime spectat: hæc autem magna, ac prima virtus est ille res assidue producendi animus — idcirco statim atque hujus uis motrix in motum, seu in actum erumpit, mox rerum productio et quoad rationem, seu formam; et quoad aerem, seu materiam, incipit emergere.; atque sic omnes res nituntur illa magna, ac prima uirtute, ut esse incipiant: attamen assi-

duus hujus virtutis motus non tantum rerum initia, sed et finem attingit; cæli enim virtus comunicativa est hujus primæ, ac magnæ comunicatio; directiua, est hujus directio; perfectiua, est hujus perfectio; unde non tantum ~~homines~~ omnes res illa nituntur, ut esse incipiant, sed ipsa generatim omnes cæli virtutes in se comprehendit, ideoque dicitur magna. A.

Et paulo infra; hæc magna, et prima cæli virtus non tantum concurrit ad omnium rerum principia, sed etiam generatim totam apprehendit, ac continet cæli Rectoris potentiam; eo modo quo magna, ac uasta Imperatoris potestas totam monarchiam amplexatur; idcirco ille dicitur totum cælum complecti. — Rursus paulo infra: petes: magna illa, ac prima cæli virtus ubinam existit! et unde ad omnium rerum principia concurrit! Respondeo, tua quæstio est sane optima, hujusque rei ratio subtilissima: B. quadruplex ista cæli uirtus tacito modo intra arcanam quandam, ac mysteriosam caliginem uoluitur, quodque omnes res incipiant, crescant, ordinentur, ac perficiantur, participando illam quadruplicem uirtutem, id ab hujus ui C. motrice in actum erumpente habetur.: Et paucis uerbis interjectis, sic pergit: v.gr. si de solis milij granulis agamus; unumquodque illorum quendam in se uitæ sensum continet, et in hoc residet cæli virtus, ac uis motrix delatet: dum hæc uis motrix in actum, seu in motum erumpit, quia mox modicus aer fermentatur, ideirco hoc habet à prima, et magna cæli virtute; deinde dum humectatio extenditur; hoc habet à cæli uirtute comunicatiua, seu extensiua; postea dum tendit ad producendum suum fructum; hoc habet à cæli uirtute directiua: denique dum fructum perfectum producit; hoc habet à cæli uirtute perfectiua.

Denique paulo ulterius explicando hæc textûs uerba: Proh! D. quam magna cæli actiua uirtus! ejus fortitudo, constantia, æquitas, rectitudo, est longe purissima, integerrima, ac perfectissima: perfectissima, inquit, idest quadruplex actiua C. cæli uirtus est illa cæli lex, quæ est quid subtilissimum, et excellentissimum; illaque excelsi cæli res, uoce et odore seu sensibilitate expertes, quæ nec cogitatione comprehendi, nec sensu, aut figura exprimi possunt

2. D. 2 — — Ad 3.m textm ttt. Sic uera libri mut. et product. explicatio: illa uox nouit idem est ac dominium agit, regit, dirigit; uti eadem uox nosse ad significandum urbis, aut urbeculæ gubernatorem usurpatur, dicendo, ille nouit urbem, nouit urbeculam; idest, in tota urbe, in tota urbecula dominium agit; omnes illius res regit, ac dirigit.

E. Deinde paulo infra: idcirco quod dominatur in omnium rerum productiones, antequam sensibiles fiant, et ante fœtus efformationem, est illa actiua cæli uirtus; ubi enim actiua cæli uirtus in actum erumpens se ducem præbuit, quiesque yn, et motus yam, simul conjunguntur; tunc aer figuram sensibilem, ratio naturam insensibilem inchoat; quo autem totius hujus rei initium nititur, est illa uirtus nossens magna principia. — Deinde passiua terræ uirtus, reserata illa cæli ui motrice, figuram sensibilem perficit; terræ enim agendi ratio cum in productione omnium rerum adiuuanda cælo unice obsequatur, excepit cæli aerem, ut figuram sensibilem perficiat, et cæli rationem, ut perficiat naturam insensibilem: quo autem tota res perficitur, est rerum effector.

3 F. — 3. — Ad 4.m Textm ttt: Sic uera libri mut. et product. explicatio: ista uox Ti inquit doctor Chu hi, significat cæli Dominum, ac Rectorem. — olim princeps Ven vam cum uideret symbola ænigmatica ab inuentore Fo hi in ordinem disposita haberi quidem quoad substantiam orbiculatim, sed effectu, et usu carere, ipse in alium ordinem illa distribuens, primo loco posuit symbolum chin seu symbolum motus spectans æquinoctialem mundi plagam, et ultimo symbolum Ken, seu symbolum cessationis spectans borio-orientalem mundi plagam, ad ostendenda rerum effectoris successiua per totum annum opera; omnes enim rerum productiones pro suo primo principio habent Cælum; et quia cælum in res producendas, ac perficiendas, dominatur, idcirco dicitur cæli Dominus, ac Rector; hujus Domini, ac Rectoris exeuntis in actum, et ab actu cessantis uis motrix, ad omnia sequentium symbolorum ænigmaticorum à principe Ven uam ordinatorum loca sese diffundit; et quia istorum octo symbolorum ordo incipit à symbolo motûs, idcirco ab hoc in actum exire incipit. — Deinde citat interpretem Çay sic dicentem: Omnia ista 8. symbola pendent è cæli Domino, ab eo reguntur, ab eo omnia comprehenduntur: postea cum ~~ipsis, et~~ istis octo symbolis deducit totius anni rerum productarum, ac uicissitudinum ordinem, incipiendo à uere; pergendo à uere ad æstatem, ab æstate ad autumnum, ab autumno ad hyemem, in qua finitur, ac cessat annuus circulus; ostendendoque sic uarias aeris mutationes, ac temperiem, juxta uarias anni tempestates, caloris ac frigoris decrementum, aut incrementum, contrarias aeris affectiones. ttt.

Deinde citans auctorem yum fum hu sic pergit: a primo symbolo motûs synice Chin usque ad ultimum cessatio sinice Ken est omnium rerum productarum, ac perfectarum deductus ordo: sed quis illas producit! quis illas perficit? opus est sane, ut existat aliquis, qui sit Dominus, ac Rector, et ob hanc causam uocatur Ti idest cæli Dominus, ~~ac~~ Rector. — Rursus paulo infra citat Doctorem Cai him chay sic dicentem: hic articulus spectat præcipue cæli Dominum, sequens omnes res, prout ex habito cæli Domino subsequuntur. Ut enim omnes res producantur, ac perficiantur, necesse est haberi a quo producantur ac perficiantur; ideoq; Ti | idest Xam Ti | est cæli Dominus, ac Rector. — Denique si penitus inquiratur, etiam nihil est aliud, quam uitalis auræ, seu aeris uis motrix; ubi enim hæc uitalis auræ uis motrix agit, statim ex hac subsequuntur omnes res. — — - G. - H

-J- Nota tamen quod hic citator dicat de ista aeris, seu uitalis auræ ui motrice in præfatione ejusdem articuli sic: Hic prior articulus agit de cæli Domino juxta 8. symbolorum ordinem in actum exeunte, et cessante ab actu; - J. -

quando dicitur ista aeris, seu uitalis aura uis motrix, tunc nondum habetur rerum existentia, seu nondum ad rerum esse prorupit: sed quia cæli Dominus exiens in actum et ab actu cessans, non potest uideri, ideo articulus sequens dicit ex habito cæli Domino omnes res subsequi ad agendum, et cessandum, ut per id quod uideri potest, cognoscatur id, uel is, qui uideri non potest: Deinde ibidem citat authorem Chim illa 8. symbola sic explicantem: ista sola Littera Ti (idest Cæli Dominus) per se facit unum sensum; est enim hic Ti qui omnia ista 8. symbola facit, ideoq
J.— illis præpositus est. — Denique ad articuli sequentis explicationem sic incipit: Ille cæli Dominus in actum exiens, et ab actu cessans, non potest uideri; si autem uelis nosse cæli Dominum exeuntem in actum, et ab actu cessantem; eccur id non spectas ex omnibus rebus productis? tunc enumerat totius anni productiones juxta uariam aeris temperiem successiue aduenientes, incipiendo à uerno tempore, figuratas per illa 8. symbola: postea sic concludit: atque hæc est in totius anni decursu omnium rerum actio, et cessatio. — Sed quonam sane modo res possint seipsas facere? quia ergo Cæli Dominus in illas dominatur, ideo potest uideri earum actio, et cessatio, seu motus, et quies: atque ulterius hinc potest sciri, ac cognosci cæli Domini actio, et cessatio, seu quies.

K. Idem in artic. 4. ejusd. partis sic ait: Cæli uis actiua seu Cælum in ista 8. symbolorum ordinata serie positum primo loco Regis munus agit; est enim rerum effector Dominus, nihilque est, quod non contineat, ac regat; aliaque ut tonitru symbolum motus, et uentus symbolum diffusionis; et reliqua ab eo pendent, ab eo continentur, ab eo reguntur, ad ejus nutum suum munus exercent. — Et paulo post: ista uox Rex idem est, ac Dominus.

4. L 4.— ad 5. textum ttt. sic quotidiana 4. librorum explicatio: in omnibus istis hominibus, quos cælum producit, habetur corpus sensibile pro materia, et recta ratio pro forma: cumque hanc comunem naturam omnes homines accipiant, ideo nemo est, qui uirtutis pulchritudinem non diligat. — inter hanc materiam, et formam est discrimen rei perfectioris, et imperfectioris ttt. — idem habet paulo fusius interpres Cham Kiu chim seu Cham Kolao.

5.° — Ad 9.m Textm ttt. sic uera libr. mutat. et prod. explicatio: qui cordis rectitudinem ttt. ut supra in contextu. M. 5.°

6.° — Ad 10.m Textm ttt. sic uera lib. mut. et product. explicatio: adjuuari, idest auxilium impetrare: sumitur autem dupliciter, scilicet auxilium impetrare a Cælo; et auxilium impetrare ab hominibus: sed ambo generaliter loquendo non sine ratione aliquem adjuuant. — Qui sequitur naturalem rectæ rationis ductum, nec illi malitiose reluctatur, hic dicitur obediens; obediens rectam cæli rationem sequendo, nec illi reluctando potest cæli cor sibi deuincire; atque is est uir obediens, et obtemperans, quem cælum adjuuat. — Qui ueram rationis honestatem amplexatur, nec ficte ac uane quidquam agit, hic dicitur uerus; uerus honestatis ueritatem amplexando, suoque candore homines comouendo, potest illorum animos deuincire; atque is est uir uerus, ac uerax, quem homines adjuuant N. 6.°

7.° — Ad 11.m Textm ttt. sic uera libri mut. et prod. explicatio: Hæc autem uerba Summa virtus, seu summa virtute princeps à Cælo adjuuatur, nihilque ei non bene, ac fauste succedit; dicuntur innixa uacuo; et nisi Confucius in additamentis principum Ven vam et Cheu Cum illa explicuisset (uide hic n. 6. et in præc. cap. §. 2. n. 10) ualde uereor, ut Doctor Chu hi explicare uoluisset; sed tunc agnouit hanc Confucij explanationem non inaniter, ac temere factam. O- 7.°

8.° — Ad 12. textm ttt. liber dictus Compendiosa libri carminum interpretum compilatio, composita uel in lucem edita abhinc 12. annis, auctoribus Fan Kia hien, et Van Xeu yê uiris litteratis: hæc autem compilatio est annexa cum interpretatione Doctoris Chu hi. — Itaque sic: uastissimi Cæli Rector ttt. ut supra in contextu. — P.- 8.°

9. Q. 9.° — Ad 13. txm ttt. sic celebris interpres Chu hi: quamvis altissimum, et remotissimum cælum videatur de hisce rebus nihil cogitare, ejus tamen rerum effector Spiritus intelligens qui comprehendi nonpotest, quamtumvis periculosas turbas, ac tumultus potest sistere, impedire, arcere — Si igitur Imperator Yen uam velit resipiscere, et novum vivendi genus instituere nec degeneri vita suis avis maculam, probumq inferre; cæli voluntas etiam nam potest redire; suaque ipseposteritati consulere; atque ita ejus nepotes paternam prosperitatem etiam excipient.

10. R. — 10. — Ad 16 textm ttt. sic interpres Çai xin: Cælum in arcana ttt. ut supra in textu.

11. S. — 11.° — Ad 17. textm ttt. sic quotidiana 4. libr. explicatio: Dum naturaliter ttt. ut supra in contx. Interpres Cham kolao sic idem fusius explicat: Sub Imperatoribus Yao, et Xun, cum nec illorum ministri fuerint omnes æque diuturni; nec illorum libri æque sapientes; certe in istis omnibus rebus datur, atque inest cæli lex, ac dispositio, non potest

T. — vi cogi ut adveniat — Quidquid enim ut perficiatur, opus habet præmeditatis consiliis, et inventionibus, id humanũ esse censetur, nec potest dici Cælum. — Quod vero unicuique inditur, juxta illius exigentiam ttt. in supra in contextu.

12. V. — 12.° — Ad 18. Txm ttt. Sic interpres Çay hiu-chay: Si bene examinetur quid reipsa illa universalis, et particularis cæli virtus — ttt. ut supra in contx.

X. Deinde ibidem paulo infra: innumera illa diversi generis res, Sol, Luna, quatuor anni tempestates sunt quid externum; illa autem particularis, et universalis, est quid internum, ac liberum.

Z. Et ad eumd. Textm Interpres Cham Ko lao sic: Cælum, ac terra complectitur unam magnam, et universalem virtutem, quæ est prima omnium rerum radix; omnium productionum primũ principium, et origo: verumtamen copiosissimas, et vastissimas tantum ejus naturales productiones, ac mutationes, quæ inexhauste se foràs produnt, aspicis. —

萬物生成之序也。然孰生孰成之。必有為之主宰者。故謂之帝。 。蔡虛齋曰。此節主帝言。下節主萬物之隨帝言。蓋萬物之生成。必有所以生成之者。故帝為天之主宰。究竟亦無他。只是氣機耳。氣機之所在。萬物即隨之。

5. 周易正解說卦傳第五。首節言帝乘卦位以出入。就氣機說。猶未着物。然帝之出入不可見。故次節言物之隨帝以出入。蓋因其可見以明其不可見也。 。鄭氏圖註云。帝字宜自為句。八者皆帝所為。故以帝冠之。 。夫帝之出入不可見。而欲知帝之出入者。盍自萬物觀之乎。 。此萬物一歲之出入也。然豈萬物能自為之哉。惟帝主之也。則觀萬物之出入。而帝之出入可知矣。 。生生克克變化無窮。孰主宰之。曰帝是也。

6. 周易正解說卦傳第四。乾次兌而居圖之始。有君之之道焉。為造物之主。而於萬物無所不統。凡天雷動風散之屬。皆統攝於乾。而分職以聽者也。

7. 孟子告子上。日講。天生衆民。有形氣者為物。有天理者為則。此民所秉執之常性。無不好是懿美之德者。夫物與則。有精粗之分。秉與好。有寂感之異。而詩顧合而言之。誠有深義於其間矣。 。君猶主也。

8. 周易正解无妄卦。故不正則逆天之命。而天不祐之。天既不祐。則動多窒礙。雖欲有所行也。其能行矣哉。

9. 周易正解傳上第十二。夫祐之為言。助之義也。然助有得之天者。有得之人者。而要皆非漫然而助我也。理之自然。而無矯拂者為順。順處有者。能順乎天理。而不違。則克當乎天心矣。是天之所助者。順也。理之誠實而無偽妄者為信。信處有者。能以信而感孚乎人。則克合乎人心矣。是人之所助者。信也。

10. 周易正解大有卦。上九自天祐之。吉无不利。憑空說出此兩句。若无孔子繫辭之說。恐朱子亦未知所解。方知聖人之言不苟也。

11. 詩經大雅雲漢。說約集解。昊天上帝。乃司禍福趨避之權者也。寧不使我得逃遁而去乎。

12. 詩經大雅瞻卬。朱熹。惟天高遠。雖若無意於物。然其功用。神明不測。雖危亂之極。亦無不能鞏固之者。幽王苟能改過自新。而不忝其祖。則天意可回。來者猶必可救。而子孫亦蒙其福矣。

13. 書經洪範。蔡沈。天於冥冥之中。默有以安定其民。輔相保合其居止。

14. 孟子萬章上。日講。天下事。凡人力莫之作為而自然為者。是之謂天。主宰於冲漠之中。不可得而測也。

孟子萬章上。張居正。堯舜禹之時。相不皆父子。不皆賢。固皆有天命存乎其間。而所謂天命。又非可以強為而力致也。蓋凡事有待于經營而成者。皆屬人為。未可以言天。惟是因物。不見其作為之迹。而予奪去就。冥冥之中。自有主張。此則理之自然而不可測者。

15. 蔡虛齋四書蒙引第三十中庸。究其實則只是一元亨利貞之分合言也。 。蓋萬物日月四時皆在外者。小德大德是在內主張之者。

16. 中庸哀公問政第三十。張居正。天地有摠會的大德為萬物之根柢為萬化之本原但見其敦厚盛大自然生化出來。無有窮盡。

1. 周易正解。物之所資以始者元也。大矣哉乾之元乎。何也。天以生物爲心。而元即其生生之心
也。故化機一動。而物之生理生氣。皆此發端。是萬物資元以始也。然此元氣流行。初無間斷。物
之由始而終。皆其貫徹。亨者元之通。利者元之遂。貞者元之成。是元非止爲萬物資始。
乃統貫乎天德者也。此乾元所爲大也。　。是元非止爲萬物資始。乃總攝帝天之柄。
如天王之大一統者然。故曰統天。　問天德之元在何處。而萬物則何從而資之以爲
始耶。曰。此問甚善。此理甚妙。蓋天之四德。默運于冥漠之間。而萬物之所以爲元亨利貞
者。惟其機之所動耳。　。今只以一粒粟言之。各有一點生意。即便是天德之所在。機之
所伏也。故機發動之時。一段滋溫之氣。是得于乾之元。至其露生之時。則得乎乾之亨。
旣而得利。而向于實。得其貞。而實之成。無他也。

2. 易經乾卦。大哉乾乎。剛健中正。純粹精也。　周易正解。精者元始亨通。利遂貞成。
皆維天之命。至微至妙。上天之載。无聲无臭。有不可思議形容者。

3. 周易正解傳上帝一章。知猶主。即主宰也。如知州知縣之知。謂主一州一縣之事。
故萬物之生。形質未成。而胚胎先露者。皆乾之所主。蓋乾道一倡。而陰陽交合。則氣以始
其形。理以始其性。盡物而資始之。知大始者也。及夫機緘已露。而形質斯成者。皆坤之所爲。
蓋坤道順承。而資生品物。則承天之氣以成其形。承天之理以成其性。盡物而成就之。作成物
者也。

4. 周易正解說卦傳第五。帝出乎震。　。朱熹。帝者。天之主宰。　昔者文王以先天
卦位有其體。而未有其用。於是取而更置之。始於東方之震。而終於東北之艮。以明造
化一歲流行之用。蓋萬物之生成。皆本於天。而天之所以主宰乎生成者。謂之帝。是帝也。其出
入之機。即流行於後天之卦位焉。卦位起於震。是其出於此也。　。蔡虛齋曰。此乾坤乃偏
言之。乾坤與六子同列者也。統之於帝矣。　。雲峰胡氏曰。自出震以至成言乎艮。

§. 3.

De Scientia, juxta Recent. Interpretes.

De hac sic: Maximus ille cæli Dominus, quamuis altissimus existat, ejus tamen ad hæc infima appulsus est tremendus, ac perspicacissimus; et ratio cur omnia ista imperij regna respiciat, est quia optat stabilem populorum pacem, ac tranquillitatem. — A. — Princeps Tay uam qui ualuit populos pace, ac tranquillitate donare, non frustra, seu non irritam fecit Cæli Domini inventionem. — B — Vide ne dixeris: Cælum est altissimum, illic in cælo positum, et illi nihil ad nos: debes enim scire illud ita esse intelligens, perspicax, ac ita uerendum, quasi continue ad ea, quæ agimus, tum ascendendo, tum descendendo appelleret; atque quotidie huc respiceret — Siquis irreuerens fuerit, procul dubio cælum ipsum reijcit, et proinde fauor ab eo recedit. Numquid sane illud reuereri debes? dum ego mihi soli uaco, num forte cælum in profunda illa, ac mysteriosa caligine non ualet me cognoscere? uir perfectus non potest ab hominibus cognosci: sed cælum dumtaxat illum cognoscit. — D — Nullum est maius, quam ut homo cælum fallat; quanto magis cælum non potest falli, sed homo seipsum tantum fallit — E. — Hæc pauca sunt clara: ad voluntatem pergo.

Textus Librorum.

1. Ad 1.^m^ Txm. Capit. præc. §. 3. de Scientia, sic compendiosa Libr. carm. Compositio: Quicumque Rex à Cælo jussus constituitur, est ad afferendam populis tranquillitatem, ac pacem: — Maximus enim ille Cæli Dominus quamuis altissimus sursum existat, ejus tamen ad hæc infima appulsus est tremendus, ac terribiliter perspicax: et ratio cur omnia ista imperij regna vigil respiciat, est quia optat stabilem populorum pacem, ac tranquillitatem.

. Ad eumdem Textm Interpres Chu hi sic: Cæli in hæc infima appulsus perspicacissimus unam tantum quærit populorum pacem, ac tranquillitatem. — Et paulo post: - Si cæli Dominus, ac Rector talem qualem optat, obtinuerit principem, mox ejus ditionis, ac regiminis normam longe promovet.

B— Ibidem, eadem Compilatio sic: Dum cæli Dominus, ac Rector clara virtute principem Tay uam transtulisse in hunc locum dicitur, si bene perpendas dantis ei istum locum ad habitandum primam, ac veram intentionem, videbis principem Tay uam qui probe potius populos pace, ac tranquillitate donare, non irritam fuisse eam cæli Domini mentem ac intentionem.

2. C. 2º. — Ad 2.m Textm̃ ttt. sic eadem compendiosa explicatio: Vide ne dixeris ttt. ut supra in contx.
Ibidem ad eundem textm̃ Interpres Chu hi sic: Cæli agendi ratio est perspicacissima: ejus providentiæ favor non est conservatu facilis; nec dicas illud altum esse, nec nos ab eo examinari, atque inspici; scire debes illud ita esse intelligens perspicax, ac ita verendum, quasi continue ad ea quæ agimus, tum ascendendo, tum descendendo, semper appelleret; nec ullus est dies, quo hæc non accedat, ac respiciat; adeoque non potes illud non revereri.

3. D. 3º. — Ad 3.m Textm̃ ttt. sic quotidiana 4. libr. explicatio: sic igitur animum colligendo, mihique soli vacando si elatis in Cælum oculis nihil me pudore afficiat, num forte excelsum Cælum in profunda illa, ac mysteriosa caligine me cognoscere non valet? — Idem ad eundem locum habet Cham Kiu Chim: deinde hæc addit ex suo - : Vir perfectus, qui in explendis omnibus naturæ suæ rationalis partibus Cæli legi unice adhærens, eamque exequens, singularem illam intimæ cum cælo unionis excellentiam assecutus est, certe non potest ab hominibus cognosci, illisque perspectus esse: sed cælum duntaxat illum cognoscit.

4. E. 4º. — Ad 4.m Textm̃ ttt. sic interpres Cham Kiu chim: Ecquem igitur vult ille ut fallam? ut decipiam? sed nullum est maius scelus, quam ut homo Cælum fallat; quanto magis cælum nec falli; nec decipi potest: sed homo tantum sua se malitia decipit. —

1.
詩經大雅皇矣。說約集解。凡天命之君。皆以安民而已。彼皇矣上帝。雖高高在
上而其臨下。則赫然威明所以監觀乎四方。惟欲求民之安定也。 。朱熹。天之臨
下甚明。但求民之安定而已。 苟上帝之所欲致者。則增大其疆境之規模。
詩經大雅皇矣。說約集解。曰。帝遷明德者。推本與之之意。見太王之真能昌大民
不負帝心也。

2.
詩經周頌敬之。說約集解。无曰天高高在天。而于吾无與。當知其聰明明畏。常若陟
降于吾所為之事。而日日監視于此。使一有不敬。天必鑒之。而命去矣。其可不敬哉。
。朱熹。天道甚明。其命不易保也。無謂其高而不吾察。當知其聰明明畏。常若陟降於
吾之所為。而無日不臨監於此者。不可以不敬也。

3.
論語第十四。日講。惟是心存為己。仰不愧天。或者上天於冥冥之中。能知我耳。人之所以莫
我知者。正在此也。 論語第十四。張居正。惟是心存為己。仰不愧天。或者上天于冥
冥之中。能知我耳。所以說知我者其天乎。 夫聖人盡性至命。與天合一其獨得之
妙。真有人不能知而天獨知之者。

4.
論語第九。張居正。我將誰欺。無乃欲欺天乎。人而欺天莫大之罪。況天不可欺。徒自為
虛詐而已。

§. 4.

De Voluntate, juxta Recentiores Interpretes.

Aliquam inesse Cæli intentionem, ac uoluntatem Recentiores Authores etiam sat clare indicant, sic: Evectio ad thronum imperialem uere emanat à cæli jussu: et idcirco Imperatoris dignitas uocatur Cæli dignitas, Imperatoris census uocatur cæli census: atque hæc per uires humanas nec fieri, nec dari possunt --- Sed difficile est scire Cæli uoluntatem; res enim cæli sunt uoce, seu sensibilitate expertes; hinc non distinctis, et expressis uerbis, sed tacite suam uoluntatem, ac intentionem ostendit. - Principis Xun, quo Cæli ~~cor~~ afficiebatur, particularis ad imperium euectio, non stetit ab eo tempore, quo Imperator Yao in eum transtulit imperium, sed longe in obscura illa, ac mysteriosa caligine præfinita fuit, - A. - Mysteriosa illa, ac recondita cæli substantia non loquitur; Imperator, dum aliquem cælo proponit in suum Successorem, non potest scire utrum cælum forent annuat, necne? multo autem minus potest Cælum cogere, ut ei, quem proponit, imperium conferat - B. - Et licet cælum non habeat oculos ad uidendum, nec aures ad audiendum, quod tamen attinet ad hominum uirtutes, ac uitia, nullum est quod non uideat, nullum quod non audiat; uerum juxta id quod omnium populorum et oculi uident, et aures audiunt, censetur et uidere, et audire. - hinc patet quod cæli Domini jussum maxime spectet populorum corda, et quo hæc uergunt, illuc et uergat Cæli uoluntas. - C. - At hæc omnia tam diuersa efficienda in profunda illa, ac mysteriosa caligine habetur aliquis (Dominus, ac Rector, idest Cælum : quî sane, ista efficere possint hominum vires? hominum uires nō possunt efficere ut quis tandiu in dignitate subsistat, et quis sit sapiens, uel insipiens: ista ergo diuturnitas, uel breuitas; sapientia, uel insipientia, à cæli uoluntate, cui uni obtemperare oportet, prouenit. - D - nec nobis licet cæli intentionem, aut uoluntatem suo fine frustrari - E - Olim Cæli Dominus bellicosum principem Tam jussit Imperatorem agere ad componendos omnium circumjacentium regnorū Limites - F. - hic princeps Tam à cæli domino jussus populi et Rector, et Doctor ita quotidie in perfectionis studio proficiebat, ut ejus uirtus ingenti splendore ad cælum usque pertingeret, idest cæli cor sibi deuinciret, uniret, secumque unum faceret - G. - Gemebundi isti populi omnibus periculis, ac malis expositi, aspiciunt cælum, quasi somnians nihil discerneret; nec enim bonos certa beat felicitas, nec malos certe premit infelicitas; non secus acsi ei nulla mens foret ad hos ambos discernendos: enimuero Cælum non sic se erga homines habet; cum destinatum aduenerit tempus, si illos malos uelit affligere, hos affliget. - proh! quam magnus est Cæli Dominus; quisnam est ille, qui dicat, quod odio aliquem habeat? - H. - reconditum, ac mysteriosum cælum, quod ex se pium, ac misericors est, nunc tremendæ iræ suæ rigorem in hanc infimam terram effundit - J. - iam uero, si id quod egi, rectæ rationi non congruit, certe in cælum peccaui, adeoque cælum me respuat, necesse est. - K. - Sed quia tu, princeps, filius Cæli obtemperans es, hinc Cælum Te, princeps, amat, conseruat, custodit - L - princeps Yu etiam supplex cæli mentem inquisiit, eique reuerenter, et fideliter obtemperauit. - M. - Siquis assidua cogitatione conetur semper rectæ rationi adhærere, certe cæli cor eum adjuuabit - N. - Si Cælum inquit Confucius, nullam erga me intentionem, ac uoluntatem habuisset, profecto intelligentem ejusmodi facultatem cum uita mihi non infudisset; jam uero cum intelligentem ejusmodi facultatem cum uita mihi infuderit, cælum ergo in meam uitam dominatur, atque adeo in medio illius profundæ, ac caliginis mysteriosæ me adjuuabit - O - in illo Cælo, quod assidue gyrat, habetur uoluntas; hinc Confucius, Si Cælum, inquit, uoluisset illam priscorum Sapientum scientiam interire, postea morituro non eam mihi donasset; si ergo cælum nolit eam interire, quomodo istius loci quam incolæ, vitæ meæ nocere possent? — P. — nimirum cælum in profunda illa, ac mysteriosa caligine tacite adjuvando Confucium, non propter unum Confucium, sed propter priscorum Sapientum scientiam, id præstabat — Q. — et Mencius, cælum inquit, nondum vult imperij pacem. — R. — Cum verò alij quod cupiunt, assequantur, alij non assequantur; alij licet assequantur, limitate tamen dumtaxat, et non ut volunt, assequantur, hæc omnia ex rerum effectoris arbitrio pendent, nec possunt humanæ intelligentiæ, ac prudentiæ viribus attribui. — S. — vere enim in his habetur cæli lex, ac prudentia; quæ occulte ista dirigit, ac gubernat. — T. —

Dum audis hos Recentiores Authores sic loqui; an non crederes esse priscos illos veræ Sapientiæ Sectatores? an non omnia ista effata possunt verè aptari multiplici Dei voluntati? voluntati beneplaciti, et signi; voluntati antecedenti, seu bonitatis; et consequenti, seu justitiæ; voluntati absolutæ, et conditionatæ; efficaci, et inefficaci; sapientissimæ ejus providentiæ? etc. — Sed scientibus loquor, adeoque frustra hic immoror. Cætera perpendamus.

Textus Librorum.

1. A. 1. — Ad 1.m Textm cap. præc. §. 4. de Voluntate, sic Interpres Cham Kiu chim: quoad illam, inquit, discipulus van cham, Imperatorum Monarchiam, oportet prius esse qui illam det, tum postea concipitur esse qui illam recipiat — Cum igitur Imperator Yao illam principi Xun non dederit; ecquis quæso, illi reapse dedit? evectio ad thronum imperialem, reponit Memcius, emanat à cæli jussu; cum enim et Imperatorum dignitas vocetur cæli dignitas, et Imperatorum census vocetur cæli census, idcirco liquet cælum et illam, et hos dare, nec humanis viribus dari posse — Deinde paulo post, sic iterum respondet Memcius: — difficile est scire, ac nosse cæli intentionem, seu voluntatem; facile autem videre hominum res: Cum princeps Xun à cælo accepit imperium, certe non distinctis, ac expressis verbis cælum eum jussit Imperatorem; cæli enim res sunt voce expertes | ut dicitur in libr. Chum yum | ecquid sane cælum loquitur? sed tantum per eximias virtutes, ac præclara gesta, quibus princeps Xun fulgebat, tacite suam voluntatem, ac intentionem ostendit. — — deinde paucis verbis interjectis. — Vbi est voluntas, nempe cæli, ibi statim imperium. — Enimvero, quid opus fuit distinctis, et expressis verbis ad eum jubendum? Si igitur scias principem Xun ejusmodi fuisse, ut cæli cor eo afficeretur, profecto particularis ejus ad obtinendum imperium evectio non stetit tantum ab eo tempore, quo Imperator Yao id illi transmisit; sed longe in arcana illa, ac mysteriosa caligine præfinita fuit.

2°. — Ad eundem locum, sic quotidiana 4. libr. expli- B. 2.
catio: mysteriosa illa, ac recondita cæli substantia non loquitur etc. — et paulopost. — potest quidem Imperator aliquem eligere, ac cælo proponere: sed an cæli voluntas futura sit, ut annuat, necne? scire nequit, nec potest cælum cogere, ut certò illi imperium conferat. — — Et paucis interjectis, sic: — principis Xun gesta, ac virtutes cæli animum devinxerunt; hinc cælum illum admisit — Denique paulo infra — ista ergo omnia, quî sane humanæ vires efficere potuerunt? ideo asserui illum reapse, et vere, à cælo jussum, scilicet Imperatorem.

3°. — Deinde ad locum seu textm libr. Annal. imper. C. 3.
quem retuli in cap. præc. §. 6. de Vita num. 10. seu ultimo, sic Interpres Cham Kiu chim: Licet Cælum non habeat oculos etc. ut supra in contx.

Denique idem Interpres Cham Kiu chim ibidem paulopost, D– 4.
discutiens cur N. et N. fuerint, aut non fuerint creati Imperatores, sic; Si spectes temporis revolutionem, videntur ista quasi non satis cohæsisse; si autem occasionem, ac temporis circumstantias spectes, optime omnia inter se cohæserunt

nimirum pro ista temporis et revolutione, et occasione in profunda, ac mysteriosa caligine habetur aliquis Dominus, ac Rector; idest unicum dumtaxat cælum, quod hæc omnia efficit. Enimvero qui hominum vires hæc possint efficere? possunt quidem hominum vires virum sapientem cælo proponere; sed non possunt efficere ut quis tam diuturno tempore subsistat in suprema primi ministri dignitate; possunt sceptrum filio transmittere, sed non possunt efficere, ut filius certò sit sapiens, necne? illa igitur temporis diuturnitas, aut brevitas; illa hominis sapientia, aut insipientia, à cæli voluntate provenit. — Unde vir virtute, et scientia absolutus tantum studet cæli jussui obtemperare.

4. E. 4° — Præterea circa finem cap. in quo habetur prædicty Memcij Textus, sic quotidiana 4. libr. explicatio — Jam vero inquit Memcius, cum cælum inter homines istos quos producit, rectè vivendi consideratione me fecerit nonnihil præcellere; possumne cæli intentionem suo fine frustrari?

5. F. 5° — Ad 3^{m} Textm tt: Sic compendiosa libr. carm. explicatio: — Olim autem cum princeps Chim tam ob suam bellicam fortitudinem dictus bellicosus surrexisset, tunc cæli Dominus jussit eum Imperatorem agere, ad componendos circumjacentium omnium regnorum limites.

6. G. 6° — Ad 8^{m} Textm tt: Sic compendiosa libr. carm. compilatio — Tunc Imperatores familiæ Hia nondum cæli legem abjecerant; cum autem ventum esset ad principem Tam hic opportuno natus tempore cœpit in perfectionis studio ita quotidie crescere, ut ejus virtus ingenti splendore ad Cælum usque pertingeret, idque diu sine intermissione constantissime præstitit. Unicum ejus reverentiæ objectum erat Cæli Dominus, nulla vel minima interruptione admissa. — Idcirco Cæli Dominus jussit eum populi et Rectorem, et doctorem agere ad rite componendas totas novem Provincias, seu totam Chinam, et ad perfectum disciplinæ exemplar edendum.

Deinde paulo infra: ingenti splendore ad Cælum usque pertingere, id significat cæli cor sibi devincire, unire, secumque unum facere.

7° — Ad 11^{m} Textm — tt: Sic eadem compendiosa libri Carm. compilatio: Aspice ut in illa Sylva clarissime distinguantur arbores à virgultis, et sic de aliis rebus — Jam vero gemebundi isti populi omnibus periculis, et malis expositi suas querelas ad Cælum deferunt; ast vident Cælum quasi somnians nihil discerneret; nec enim bonos certa beat felicitas; nec malos certa premit infelicitas; non secus acsi ei nulla mens foret ad hos ambos discernendos. — Enimvero Cælum non sic se erga homines habet; sed sic nunc tantum fit, eo quod destinatum tempus nondum advenerit; licet isti perversi homines in quamvis peccandi licentiam effrænate projecerint; si tamen Cælum velit eos affligere, ac punire, mox affliget, ac puniet; nec ullus est, quem non vincat — Proh! quam magnus est cæli Dominus! quisnam sane est qui dicat, quod eliquem odio habeat! ut malos affligat, ac puniat, profecto id recta ratio per se exigit; sed heu! nunc necdum destinatum est, scilicet tempus. H. 7°

8° — Ad 12. textm tt. Sic eadem compend. libr. carm. compilatio: — Reconditum illud, remotum, mysteriosum Cælum, quod ex se pium, ac misericors regit, ac miseretur hæc infima, nunc tremendæ iræ suæ rigorem effundit in hac terram infimam, efficitque, ut Imperatoris prave, et male sana sint consilia — heu! quando hoc tandem finiendum sit, nescio! — J. 8.

9° — Ad 13. textm tt. Sic quotidiana 4. libror. explicatio: Si id quod egi, ait Confucius, rectæ rationi non congruit, ~~Sa~~nec rectam illius viam tenui, sane in Cælum peccavi; Cælum ergo me respuat, oportet. — Idem habet Cham Kinchim K. 9°

10 — Compendiosa libr. carm. compilatio in tom. Siao ya oda tien pao, sic; Quia vero Tu, noster princeps, es Cæli filius obediens, atque obtemperans, ideo Cælum Te, princeps, amat: Cælum ergo te conservet, et in æternum regna; ita firmiter thronum tuum stabiliat, ut numquam periclitetur. L. 10.

11. M. – 11.° – Interpres Çai xin in libr. Annal. Imper. Cap:
Chao Kao sic: Princeps yu ttt. ut supra in contx.
12. N. – 12. – Quotidiana 4. libr. explicatio in libr. 2. Memcij c. 1.
sic: iste locus libri Carminum hoc significat: si quis assidua
ttt. ut supra in contx.
13. O – 13.° – Interpres Cham kiu chim in libr. sentent. art. 7.
sic: Si Cœlum ttt. ut supra in contx. – Ad eundem
locum Interpres Çay hiu chay in suo libro Mum yn sic:
Ista vox cœlum hic sumitur ut est Dominus, ac Rector. –
14. P. 14. – Interpres, Çay hiu chay, ad proœmium libr. Ta Hio
sic: Dum dicitur: cœlum assidue gyrans, ac uoluens,
etiam illud dicitur prout aliqua intentio, ac uoluntas inest.
– Ex paucis uerbis interjectis: Sic etiam ipsemet Confucius
| nimirum libr. Sentent. art. 9. | ait: Si Cœlum uoluisset
illam priscorum Sapientum scientiam ttt. ut supra
in Contx. – Deinde Memcius | scilicet libr. 1.° cap. 2. |
sic etiam dicit; quod ego Reguli regni Lu occursu, et
affatu perfrui, gratiamque inire non potuerim; id à
R. Cœlo provenit. – Et alibi idem Memcius: illud inquit,
cœlum nondum uult imperij pacem, ac tranquillitatem.
– Hinc itaque uides prædictam uocis Cœli explicationem,
et interpretationem non posse relinqui, nec reijci.
– Idcirco uiri et sapientia, et uirtute inclyti quasi deprimentes
istius uocis cœli significationem, successiue eam
temporis reuolutioni applicuerunt.
16 Q. 15.° ~~Jt.~~ Interpres ~~Cham~~ Çaij hiu chay. ad Libr. Sentent. art.
9. in suo eod. libr. Mum yn, sic: Hinc uides, cum istius
Loci quam incolæ non possent nocere uitæ Confucij, Cœlum
tacite ei opitulando in profunda illa, ac mysteriosa
caligine, non propter eum unum dumtaxat, sed propter
priscorum sapientum scientiam istæ præstitisse.
17. S. – 16.° – Interpres. Cham kiu chim in lib. 2. Memcij cap. 8.
sect. ultim. sic: Cum uero alij ttt. ut supra in contx. et
sic concludit: hoc quidem natura est: sed in hoc cœli Lex,
ac providentia intus manet. –

.17. – Quotidiana 4. Libror. explicatio ad idem caput 8. lib. 2. T. 17.
Memcij, et eundem txm sic: Cum uero alij possint, alij non
possint id quod exoptant, consequi, profecto hac in re cœli lex
ac providentia, quæ tacite ea dirigit, ac temperat, reuera
continetur; uir autem sapiens id unum spectat, ut ipsi cœli
legi acquiescat. Et paulo post: quia Cœli lex, ac providentia
dirigit, ac moderatur naturam, ideo pluris fit.

14. 13 12 12. 10. 9 8 8.7 6

詩經商頌長發。說約集解。天命未嘗有違。迄至于湯。遂以會合。湯之降生。適應其期而不遲。天意已有所屬矣。湯之聖敬。又日積而升。以至昭明感格于天。遲遲不息。一惟上帝之是敬。無少間斷。是以帝命之為君師。以式法于九圍。而作之極焉。

。昭假有與天心合一之意。

詩經小雅正月。說約集解。瞻彼中林。大者維薪。小者維蒸。甚為分明。人之視物則有然矣。乃民今方危殆。痛訴於天。而視天夢夢然。善者未必福。惡者未必禍。若無意分別者。豈天之於人反如是乎。然此亦特其未定之時耳。及天道復其常然。而既克有定。雖淫惡橫肆之人。天欲禍卽禍之。靡有弗勝之者。大哉上帝。伊於誰而云有所私憎之乎。淫與之禍。理之自然。而惜乎今未定也。

詩經小旻。說約集解。彼幽遠之旻天本仁覆憫下者也。乃疾怒之威。敷布于下土。使王之謀猶邪僻。不知何日斯止乎。

論語上第六。日講。若使我之所為。不合於理。不由其道。是獲罪於天也。天必棄絕之。天必棄絕之。

詩經小雅天保。說約集解。吾君奉天為子。天之仁愛吾君也。保爾而受命有常。定爾而厥位無危。

書經召誥。蔡沈。禹亦面考天心。敬順無違。

孟子離婁上。日講。大雅文王之詩曰。永言配命。自求多福。言人能常作思維。務合天理。於是天心佑助。

論語第七。張居正。若天無意于我。必不生我以如是之德。天既生我以如是之德。則我之命。天實主之。必將佑我于冥冥之中矣。 。蔡虛齋四書蒙引論語第七。天字以主宰言。

蔡虛齋四書蒙引大學。言天運亦自有意。 。雖孔子亦曰天之將喪斯文也天之未喪斯文也。孟子亦曰吾之不遇魯侯者天也天天未欲平治天下也以此見天之一說自不可廢故聖賢往往有屬於氣數者。

18.7. 16 15.

蔡虛齋四書蒙引論語上第九。故知匡人之不能加害。是則天之默相夫子於冥冥之中者。非為夫子一身計。為斯文計也。

孟子盡心下。張居正。然其間有得有不得。亦有得之。而品節限制不能如意者。其權都是造物主張。不可以智力而取。性也。而命存乎間矣。

孟子盡心下。日講。然有遂其欲者。有不得遂其欲者。實有命焉。以默為限制。君子惟安命而已矣。 。是以命衡性。而命為重矣。

1. 孟子萬章上。張居正。萬章問說。帝王之統。必有所與。而後有所承。舜有天下。既非堯之所與。果誰與之乎。孟子答說。帝王之興。皆由天命。故其位曰天位。祿曰天祿。見其為天之所授。非人力可得而與也。 。天意難知。人事易見。舜之受命于天。天固非諄諄然命之也。天載無聲。何嘗有言。惟就舜之行事。默示其意而已。 。意之所在。卽命之所在。豈待諄諄然以言命之乎。知舜為天心所眷。則其奄有天下。不在于禪授之時。而於穆之中。固已預為之地矣。

2. 孟子萬章上。日講。天之體。於穆無言。其與舜也。固非諄諄然教命之也。 。天之與舜但就舜之行與事。默示其與之之意。而已矣。 。天子能舉而薦之於天。然天意之從違。尚未可知。不能使天必與之天下。 。舜之行事。當乎天心。而天受之。 。此豈人力能為也哉。吾故曰實天使之。

3. 孟子萬章上。張居正。書經太誓篇有云。天未嘗有目以視。而于人之善惡無所見。但從我民衆目所視以為視耳。未嘗有耳以聽。而于人之淑慝無所不聞。但從我民衆耳所聽以為聽耳。書之所言如此。可見帝天之命。主于民心。而民心所歸。莫非天意。

d. 4. 孟子萬章上。張居正。以氣數言。若似乎不齊。以機會言。則適相湊合。是皆冥冥之中。有為之主宰者。一天之所為而已。豈人力之所能與哉。蓋人力可以薦賢于天。而不能使為相之皆久。人力可以傳位于子。而不能使其子之必賢。其有久近賢不肖者。皆天意之所為。聖人一惟聽天之命。而順受之耳。

e. 5. 孟子萬章上。日講。予於天所生民之中。幸為先覺者也。其可負天意哉。

6. 詩經商頌玄鳥。說約集解。迨至于湯。備武德以為號。故上帝命之為君。以正彼四方之疆域。

---

§. 5.

De Justitia, juxta Recentiores Interpretes.

Ex iis solum, quæ jam diximus, sat patet quam Justitiam cæli, cælive Domino attribuant isti Authores:— rursus tamen hæc pauca accipe: recta, inquiunt cæli agendi ratio, quæ bonos beat, malos plectit, seu affligit, est pertimescenda— A.— in pœnis, aut præmiis, æquus princeps tantum spectat id, quod cæli cor spectat, ac sancit— B.— Cælum clarissime omnia examinat, discutit, nihilque est tam occultum, quod non perlustret— Tu igitur illud non times? — C.— Bonos, inquiebat Confucius, felicitate, malos infelicitate Cælum pensat.— D.— Multa similia omitto: Nunc de vitâ etiam breviter.

Textus Librorum

1º.— Ad 4.m textum præced. Cap. §. 5. de Justitia sic Interpres Cai xin: Hoc caput tria maxime complectitur: primò refert cæli intentionem in creandis Regibus: Imperatorem Kie cæli jussui non obtemperasse, ideoque principem Tam à cælo jussum non potuisse ab ejus jussu se excusare.— Deinde principis Tam virtutem potuisse populorum corda sibi devincire; non tamen statim populos seipsi submisisse: postremò rite regendi regni artem esse difficilem; animorum aut alienandorum, aut conciliandorum occasionem, rectamq. cæli agendi rationem, quæ bonos beat, malos affligit, esse pertimescendam. A— 1.

2º.— Ad 5.m textum etc. sic quotidiana 4. libr. explicatio: B— 2. —posteaquam princeps Tam Imperatorem Kie debellasset in oratione facta ad Regulos, et Proceres, primo refert verba, quibus à Cæli Domino facultatem petiit ut imperatorem Kie impeteret, sic: Ego Ly puer parvulus ausus nigri coloris tenellum vitulum assumere, Litare | sub imperio Hia, cujus ultimus Imperator Kie, iste color erat in usu| maximi Cœli; ac sensissimæ terræ Spiritum manifeste, et palam ita admonui: iste Imperator Kie multis est nocens criminibus, adeoque plectendus; non ausim ego illi ignoscere, et connivere — Omnes isti totius imperij Sapientes tui sunt, Cœli Rector, proceres, adeoque ad dignitates euehendi; non ausim ego permittere, ut illi obscuram sine honore, ac magistratu, uitam ducant — Quod enim attinet ad illius crimina, et horum sapientiam, id unum dumtaxat, quod tuum, Cœli Domine, cor spectat, ac sanxit: — quî ausim ego illi aduersari, et juxta propriam mentem istud mihi uindicare, et affirmare? Sic facultatem ego prius petij. — Idem uide apud Interpretem Cham kiu chim apertioribus adhuc verbis explicatum.

3.° — Ad 13. textum ttt. sic compendiosa libri carm. ex-
positio: — ille ratus homines posse decipi, suas sa-
3.- C. gaces artes, et astuta consilia fucat; hinc nullo modo
homines erubescit: sed cum Cœlum clarissime Omnia
examinet, discutiat, nihilq; sit tam occultum, quod non
perlustret, Tu ne unus non times cœlum? Eccur ergo
sic agis?

4. D. 4.° — {Libellus triuialis dictus mim sin pao kien art.
1. sic: — Bonos, inquiebat Confucius, ttt. ut supra in contx.

1. 書經湯誓。蔡沈。按仲虺之誥。其大意有三。先言天立君之意。桀逆天命。而天之命湯者不可辭。次言湯德足以得民。而民之歸湯者非一日。末言為君艱難之道。人心離合之機。天道福善禍淫之可畏。

2. 論語第二十。日講。湯既伐桀。而作誥以告諸侯。先述其初請命於帝。而代桀之詞曰。予小子履。敢用黑色之牡牲。敢昭告於皇天后土之神。今夏桀有罪。已必討之。而不敢赦。天下賢人。皆上帝之臣。已必用之。而不敢蔽。蓋其罪其賢。皆簡閱在上帝之心。已安敢違之。而自任其私意乎。予之初請命者如此。

3. 詩經何人斯。說約集解。彼以人為可欺。飾其巧智。固不愧于人矣。然天之明察。無隱不彰也。汝獨不畏于天乎。而何以若此也。

4. 明心寶鑑第一。子曰。為善者天報之以福。為不善者天報之以禍。

§.º 6.º

De Vita juxta Recentiores Interpretes.

Quod attinet ad operationes vitales, quas Cælo, cœliue Domino attribuunt isti Recentiores Sinæ, hæc etiam pauca profero – Cœlum, inquit Princeps Vu vam me incogitantem constituit hominum ac Spirituum Dominum et in filium adsciuit, seu Imperatorem iussit – A. – Cæli Dominus constituit Imperatores Chim uam, et Kem uam, eosq; jussit florens prædecessoris uen uam regimen subsequi; eorum uirtutibus dominatur cæli Dominus – B. – Cæli Dominus beneuole cogitabat principem ven vam; – C – Ego inquit cæli Dominus, in corde foueo lucidissimam principis ven vam facultatem, suæ uirtutis rumorem, ac speciem externam occultantem – D. – Quod cælum uidet, et audit, id ex populis oritur; cum igitur juxta populorum animos judicem de cæli uoluntate, ac intentione, oportet sane ut ego uadam castigaturus istum Imperatorem Cheu. – E. – Hæ cogitationes beneuole cogitare, in corde fouere, Imperatorem constituere, in filium adsciscere, uidere, audire, jubere, intentionem habere, satis indicant principium vitale esse, à quo procedunt. Nunc de Immensitate.

Textus librorum.

1. A. 1º – Ad 6.m Textm cap. præced. §. 6. de vita, sic compendiosa libr. Carminum compilatio: dum nostra familia Cheu, ait princeps vu uam, inciperet imperium familiæ Xam bellando deturbare, tunc omnium animi ardentibus desideriis anhelare bonum, ac nouum regimen cœperunt. Ego autem stato tempore, Regulorum regna uisitatum perrexi; ac ecce incogitantem me Spirituum, ac hominum Dominum, uastissimum cælum constituit, et in filium adsciuit – Id sane non casu contigit.

2º – Ad 7.m textm &c. Eadem compend. compilatio sic: – Numquid sane illa Imperatorum Chim vam, et Kam uam uirtus clarissime refulgebat; tunc temporis illa suos radios emittens, ac ventura sæcula illustrans, non sinit ingentia prædecessorũ cœpta incassum recidere – Hinc cæli Dominus ac Rector, etiam illos Imperatores constituit, jussitque florens Imperatoris vu uam regimen subsequi – Etiam erat, inquit Chu hi Cæli Dominus, qui in eorum uirtutes dominabatur. B – 2.

3º – Ad 8.m Textm &c. Sic interpres Chu hi: hic locus dicit quod Cæli Dominus beneuole, ac propense cogitaret principem ven vam dicitque quod ejus virtus esset maxime interna, profunda, occulta, nec se uisibili specie foras proderet. C – 3.

4º – Ad eundem textum sic Quotidiana 4. libr. explicatio: Cæli Dominus sic ipse ait: Ego in corde foueo &c. ut supra in Contextu. D. – 4.

5º – Ad 10. textm &c. Sic interpres Çai xin: quod cælum uidet, et audit, inquit princeps vu uam, id ex populis oritur &c. ut constat ex Contextu. E. 5.

4.

中庸第三十三。日講。上帝自言。予眷懷文王之明德。不張大其聲音與顏色。似可形容不顯之德矣。

5.

書經。蔡沈。泰誓中。武王言天之視聽。皆自乎民。今民皆有責於我。謂我不正商罪。以民心而察天意。則我之伐商。斷必往矣。

1 詩經周頌時邁。說約集解。曰。我周當商命交革之初。正人心望治之始。我也以時往，
於諸侯之邦而巡之。不知昊天其以我為神人之主而子之乎。是固非偶然者矣。

2 詩經周頌執競。說約集解。豈不顯哉成王康王之德乎。著當時。昭來世。而大業不
墜。上帝于是亦以之為君。而使之繼武王之盛焉。
。朱熹。成王康王之德。亦上帝之所君也。

3. 詩經大雅皇矣。朱熹。言上帝眷念文王。而言其德之深微。不暴著其形迹。

§.° 7.°

De Immensitate juxta Recentiores Interpretes.

Videamus si hi Authores etiam aliquid innuant de dei Immensitate: — Sic de Cœlo, Cœlive Domino loquuntur: Nihil est ad quod Cœli intelligentia, ac perspicacia non pertingat: hinc omnino colenda est; quemadmodum pietas, seu animi rectitudo tam intime actiones penetrat, ut in illis semper reperiatur; ita Cœlum tam intime res pervadit, ut ab eo separari nequeant. — A. — Cœlum idem est ac ratio; ratio autem ad omnia se extendit, et ubique videt — B — Immensus, et altissimus Cœli Dominus est hominum in hoc infimo orbe degentium Rex — C — Qui dominatur, ac regit in medio Cœli, terræ, omnium dierum, et noctium, sitne hic, an illic; sicne simul ac non sit, cum nemo ejus locum valeat concipere, et comprehendere: numquid illius incomprehensibilitas una et eadem est, cum sum̄a Cœli legis spiritualitate, seu unus, et idem spiritus incomprehensibilis? — D — Id quod dominatur in quietem yn et motum yam sive in rerum productiones, est Ratio: hæc autem ratio recte agendi est spiritus; quæ quia hic existit, et hic et hic non existit, ideo dicitur spiritus incomprehensibilis: dum enim mutatur quies yn in motum yam, tunc ratio existit in motu yam: et dum motus yam mutatur in quietem yn, tunc ratio existit in quiete yn; quia autem utrobique existit, ideo dicitur hic existere, et hic non existere; et quia hic existit, et hic non existit, ideo non potest comprehendi; et quia non potest comprehendi, ideo dicitur spiritus. — E — Nimirum vult dicere quod spiritus in omnibus actionibus, et cessationibus, seu conservationibus, in omnibus vicissitudinibus, et mutationibus reperiatur — spiritus enim nullo loco non existit, nec ullum habet determinatum locum — F — Deinde Ratio dicitur etiam spiritus, quia est Dominus, et Rector, seu quia in omnia dominatur, ac regit omnia – G. – Cœli lex assidue volvens, et agens nullo loco non extat; iccirco vir Sapiens nullo non tempore reverentiam servat. – H –

Jam vero siquis animadvertat quomodo Deus omnia ubique videat, penetret, regat; quomodo omnia sint in Deo, et continèantur à Deo; quomodo Deus insit in rebus non ut pars, sed ut agens, et Causa seu Ratio; quomodo sit in uno loco, itaut sit etiam extra illum; quomodo im̄utabiliter agat: hæc omnia facile poterit applicare incomprehensibilitati ejus im̄ensitati, et æternitati.

Textus Librorum

1. A. 1.o – Ad 2.m Textm cap. præc. §. 7. de Im̄ensitate sic Interpres Chu hi: nihil est ad quod etc. ut supra in contx. – Quemadmodum etc. citat Interpretem Cham.

2. B. 2.o ad eumd. Textm sic compend. lib. carm: compilatio, Cœlum idem est etc. ut supra in contextu.

3. C. – 3.o – Ad 4.m Textm etc. sic eadem compend. compilatio —
Magnæ imperij confusiones, ac tumultus semper ex aliqua
causa oriantur, necesse est; jam vero im̄ensus ille
et amplissimus Cœli Dominus reapse est hominum
3. C. in hoc orbe infimo degentium Rex, et in eos vera bonitate dominatur.

4. D. 4.o – Ad 5.m Textm etc. sic vera libr. mut. ac prod. explicatio, seu explanatio – Qui dominatur in medio etc. ut s.a in ctx.

5. E. 5.o – Ad eumdem Textm eadem explicatio sic: assidua Cœli, ac terræ actio, omnium rerum productiones, dierum, et noctium cursus non egrediuntur limites unius quietis yn, et unius motus yam, quies enim yn mutatur in motum yam, et motus yam rursus mutatur seu transit in quietem yn, nempe conservationem; atque hoc est, quod vocatur doctrina libri mutationum, ac productionum. Ista quies yn et motus yam est aer, seu res sensibilis; unde quod in hunc aerem dominatur, eumque regit, est Ratio: Ratio enim est quæ in istas alternantes quietis yn, et motus yam productiones, ac mutationes dominatur, easque regit. – Iccirco Confucius in artic. sequenti indicat istam alternationem quietis yn et motus yam mutationem esse Rationem: Spiritus vero est tantum ista ratio, quæ quia hic existit, et hic non existit, ideo dicitur Spiritus: – quia autem ait Interpres Cham hic existit, et hic non existit, ideo comprehendi non potest; dum enim quies yn mutatur, seu transit in motum yam, tum hæc ratio existit in motu yam, et dum motus yam transit in quietem yn tum hæc ratio existit in quiete yn: quies yn et motus yam tantum versantur circa productiones, ac mutationes; hæc autem Ratio utrobique existit, seu nullibi non existit; iccirco ea dicitur hic existere, et hic non existere, seu bicolari; et quia bicolatur, seu hic existit, et hic non existit, ideo non potest comprehendi; quod autem non potest comprehendi, illud est Spiritus – hinc in libro F. mutationum, ac productionum dicitur Spiritus caret loco determinato idest, nullo loco non existit, nec unum locum determinatum habet – Et dum ibidem dicitur, Doctrina libri mutationum, ac productionum caret determinato objecto, id est quies yn et motus yam, quæ tantum versantur circa mutationes, et productiones, non habent unam sensibilem determinatam materiam — Rursus paulo post sic: Assidua Cœli, ac terræ actio, omnium rerum productiones, dierum, ac noctium cursus, hæc omnia in se continent Spiritum mutantem, ac producentem; mutatio enim, ac productio à Ratione efformatur; iccirco et in doctrina libri mutationum ac productionum Caret objecto determinato etiam intelligentur de viro Sapiente, in quantum suum Spiritum mutantem, ac producentem unit cum cœli legis Spiritu mutante, ac producente; atque sic patet eum posse illam Cœli legem et cognitione sequi, et opere imitari, atque adimplere. – Denique paulo infra: Spiritus mutans, ac producens, est unum, et idem – prout enim

G.— est Dominus ac Rector, ſeu prout dominatur, ac regit, dicitur Spiritus — prout est aſſidue uoluens ac mouens, ſeu prout aſſidue uoluit, ac mouet, dicitur mutans, ac producens. — Cum hoc adæquate explicantur iſtæ uoces Spiritus, mutans, ac producens.

6. H. 6.° — Ad textũ libri ſent. art. 16. dicentem: tria ſunt quæ ſapiens ueretur, ſcilicet Cæli Lex, Viri illuſtres, ſapientum effata; Sic quotidiana 4. libr. explicatio: Hi tres ſapientis uiri metus, cum ſic maxime morum ſuorum compoſitionem, ſuiq; ipſius cuſtodiam, ac uigilantiam ſpectent, proueniunt ex eo quod uir ſapiens probe cognoſcat cæli legem aſſiduo curſu uoluentem, et agentem nullo loco non extare; iccirco ipſe nullo non tempore reuerentiam, et cautelam diligentiſſime ſeruat.

。天地之化。萬物之生。晝夜之循環。皆有箇神易。易
則模寫乎。此理者也。故在易亦有神易。

。此无方體。亦是言聖人之神易。與天命之神易合一。而
見其能至命也。

。神易一也。自其主宰而言謂之神。自其運用而言謂之
易。神易二字已盡了。

6.

論語第十六。孔子曰。君子有三畏。畏天命。畏大人。畏聖
人之言。

。日講君子之三畏。其切於脩身行己如此者。皆由識得
天命流行。無在不有。故小心敬慎無時不然耳。

1. 1. 詩經大雅板。朱熹言。天之聰明無所不及。不可以不敬也。張子曰。天體物而不遺。猶仁體事而
無不在也。

2. 1 詩經大雅板。說約集解。天者理也。理無往而不在。故天無往而不鑒。敬天此一詩之要旨也。

3, 詩經大雅蕩。說約集解曰。天下之大亂必有所由致者。彼蕩蕩然廣大之上帝。乃下民之君而
主之以善者也。

4. 1 周易正解傳上第四章。主宰于天地萬物晝夜之中。或在此或在彼。無在而無不在。莫得
而測其方所焉。不與命之至神者。同其不測乎。

5. 1 周易正解傳上第四章。天地之化。萬物之生。晝夜之循環。不外一陰陽而已。陰變陽。陽變陰。
是之謂易。陰陽氣也。所以主宰是氣者理也。陰陽之變易皆是理主宰之。故夫子于下章
指陰陽之迭運者。而謂之道。神只是這箇道。因其無在無不在。故謂之神。張子曰兩在故不
測。蓋當其陰變為陽也。而此理則在陽。當其陽變為陰也。而此理則在陰。陰陽只管變
易。而理皆無不在焉。是謂兩在也。兩在故不測。不測卽神也。曰神无方。言神之無所不在。無有一
定方所也。曰易无體。言陰陽只管變易無箇一定形體也。

§. 8.

De Simplicitate, juxta Recent. Interpretes.

Quamvis jam multa dixerimus, et adhuc plura postea dicturi simus de Cæli Spiritu, seu Simplicitate; pauca tamen hic etiam appono. Sic ergo illi Authores: Princeps Ven Vam et Vuuam vere potuit fieri Spiritualis Cæli Dominus, sive ut dixi supra, à Spirituali cælo constitui Dominus — A. — Spiritus est quædam excellentia incomprehensibilis; id quo quatuor anni tempestates non aberrant; est cæli via Spiritus, seu Spiritus cæli agendi rationem continens; nihil autem magis spirituale, quam Cæli agendi ratio esse, et concipi potest — B. — Cæli Spiritus respici, ac videri non potest, sed in quatuor anni tempestatibus assidue sine errore volventibus potest videri ejus spiritualis agendi ratio. — C. — Cælum prout est quædam sumā excellentia, dicitur Spiritus; prout est operum effector, dicitur producens, et destruens, seu Author. — D. — Denique Cælum non est, ut terra, aliquid corporeum, et sensibile —. E. — Cæli Dominus in dirigendis ad pacem hominibus, non specie externa, aut voce aliqua sensibili utitur — F. — Ista mulier suo splendido ornatu videtur quasi referre Cæli, cælive Rectoris Spiritum — G. —

Ex his vides, Spiritualitatem, adeoque Spiritualitatem cælo attribui, ipsumque Cælum vocari Spiritum, quem vel per excellentiam, ~~vel~~ incomprehensibilem; vel per rerū effectorem, Authorem &c. passim explicant. — Sic S. Thomas in Epist. ad Roman. 1. etiam per viam excellentiæ, negationis, causalitatis Deum explicat: Invisibilia, inquit, Dei est essentia Divina invisibilis, quæ cognoscitur per viam negationis; virtus Dei est potentia Dei, quæ cognoscitur per viam causalitatis; Divinitas est esse ultimum finem, et summum bonum, quo omnia tendunt, quæ cognoscitur per viam excellentiæ. — — — Nota: dum hic Interpres Sinicus ad hunc Textum. Respice ~~principalem~~ Spiritualem illam cæli agendi rationem, sic ait: Ista verba sunt vacue dicta: non vult dicere quod ista verba sint falsa, et inania; sed quod sint spiritualiter per intellectum, sive abstractive, vel de re insensibili dicta: Spiritualis enim ratio non potest in se respici, utpote insensibilis, et invisibilis; sed per intellectum fit abstractio — H. — Unde postea explicans alium textū, sic rursus ait; ista vox Xin sumpta pro reddere Spirituale, seu Spiritualizare dicitur vacue, nempe abstractive, et intentionaliter, vel spiritualiter; sumpta pro adjuvare Spiritum dicitur physice, et realiter — I. — reddere autem Spirituale ibi significat quod in doctrina libri mutationum, ac productionum reperiatur Ratio, quæ ejus opus Spiritualizat, seu reddit Spirituale. — K — Deinde dicit quod ista vox Ye idest doctrina hujus libri mutationum, ac productionum dicatur vacue, scilicet abstractive, seu præscindendo ab omni materia sensibili — L. — imò interpres Chuhi dicit, quod hæc doctrina sit orta ex suspenso vacuo, quia ante symbolorum ænigmaticorum, eorumque numericarum linealarum, seu partium, ex quibus conflatur, efformationem, quoad ipsam doctrinam, unica, et pura ratio; quoad hominem unicus, et tranquillus animus, seu mens præexistebat — M. — Ex quo vides quod objectum istius doctrinæ sit unica, et ~~[illegible]~~ ratio pura, nempe Ens reale / alibi enim dicunt per istam vocem Ratio ut intelligi aliquod Ens verum, et reale, non fictitium / et abstractum à materia sensibili, et extensa, quale Philosophi communiter dicunt esse objectum Metaphisicæ — abstractum autem juxta Philosophos, vel realiter, ut Deus, Angeli &c. vel ratione, ut prædicata Entis, substantia &c. —— Itaque dici vacue non sumitur pro dici ficte, et chimærice seu pro Ente rationis ratiocinante sine fundamento in re; sed vel abstracte realiter, vel abstracte ratione ratiocinata cum fundamento in re: Sed hæc satis.

Jam vero ex iis, quæ tota hac sectione per octo paragrafos deducta diximus, potes conspicere quomodo Recentiores Sinæ videantur etiam easdem Cælo, Cælive Domino, quas

Europæi uero Deo, attribuere perfectiones, adeoque jure possit præsumi per ipsas uoces Cælum Cæli Dominus ac Rector, ab iis verum Deum utcumque exprimi. Si autem opponas quod istam uocem Cælum sæpius explicent per uocem Ratio, per uocem Lex, per uocem aer, seu uitalis aura, per uocem tempus, seu temporis reuolutio, per uocem primum uacuum, per uocem corpus sensibile, et similes; Cælique Dominum confundant cum Cælo; atque adeo uideatur harum uocum significatio discrepare à uera Supremi Numinis significatione; nunc ad hæc omnia in sequentibus Sectionibus respondebimus. — Itaque.

Textus Librorum

1. A. 1. — Ad 5.m Textm cap. græc. §. 8. de Simplicitate, sic interpres Çai xin: quia principes Ven vam et Vu vam optime nouerant omnium animos conciliare, atque colligere, omnesque uirtutis partes implere; ideo uere potuerunt fieri Spiritualis cæli Domini.

2° — Ad 6.m Textm tit. sic uera libr. mut. ac prod. explicatio seu expositio: ista uox Spiritus significat quandam excellentiam, quæ nec bene concipi, nec exprimi potest. — dum dicitur quatuor anni tempestates sine errore uoluuntur hoc significat cæli uiæ, seu cæli agendi rationis Spiritum; et paulo infra: Denique ad id penitus explicandum aspice ut in cælo ista uitalis aura arcano, et recondito modo, sine intermissione semper agatur, et uoluatur; quænam sane magis spiritualis agendi ratio esse potest: tum paucis verbis interjectis sic: Vir uero et scientia, et uirtute absolutus, ideo spectandus, quia dum hic sectandæ ueritati incumbit, illic animos cõmouet, sine ullo uocis, aut corporis sensibilis adminiculo, sine ullis apparentibus operum uestigiis agit: quænam etiam magis spiritualis proponendæ doctrinæ ratio esse potest? et certe singularem ejus internæ uirtutis excellentiam uix extrinsecus apparentem,

ideoque cæli Domini rebus, quas uoce, et odore, seu omni sensibilitate sunt expertes, uere consimilem, nec homo comprehendere,
nec exprimere ualet. — deinde paulo infra: dum dicitur:
respice Spiritualem illam cæli agendi rationem; ista uerba sunt
uacue dicta; dum autem dicitur: quatuor anni tempestates sine C.
errore uoluuntur, hæc sunt uere id, in quo sita uis in illo
uerbo respicere; quî enim Cæli Spiritus respici, ac uideri
possit? Illum autem in quatuor anni tempestatibus sine er- H.
rore uoluentibus respiciendo, tunc potest respici, ac uideri
Spiritualis agendi cæli ratio.

3° — Liber dictus Naturæ, ac Rationis breuis expositio, Si- D. 3.
nice Sim Li piao ti tom. 3. art. tien uen, sic: Author Chim agens de cælo, prout est inquit, corpus sensibile, dicitur cælum, prout dominatur ac regit, dicitur Ti seu Cæli Dominus, ac Rector; prout est sumá excellentia, dicitur Spiritus; prout est operum effector, dicitur Spiritus producens, ac destruens, seu inuisibilis Author; prout est talis naturæ ut effectionis, dicitur uis, seu uirtus actiua. — quoad rem unum, et idem, sed diuersum nomen.

Ibidem Interpres Chi tam hu, paulopost sic: istud Cæ- F. 4.
lum non est, ut terra, aliquid corporeum, et sensibile.

4° — Interpres Çai xin ad libr. Annal. Imper. c. 10. sic: Cæli Dominus, ait Author Liu in dirigendis ad pacem hominibus, non specie externa, aut uoce aliqua sensibili utitur, et hominis animus pacem illam consequutus, cũ ad ulteriorem semper perfectionem anhelet sistere nescius, tunc patet illum à Cæli Domino dirigi. — Quia autem Imperator Kie suæ rectæ rationis ductum euertebat; ideo pacem consequi non potuit — Cæli Dominus uere illum dirigebat, sed Kie uere illum fugiebat: nec tamen continuo Cæli Dominus illum abjecit; tunc enim uaria mala, et calamitates imisit, ut ostenderet suam intentionem, ac uoluntatem in illum Kie tendere; sed nec uel sic iste Kie extimescere, nec cæli Domini jussum reuereri, et adimplere nouit; quin imo effrænes habenas omnibus suis libidinibus, aut uoluptatibus laxauit; quamuis autem speciosis uerbis fucaret sua scelera, non tamen Cælum illum considerauit, et audiuit.

5°. G. 5°. — Compendiosa lib. carm. compilatio ad tom. 2. cap. Yum quo fum idem Kiun çu Kiay Lao sic: ad quid sic iste Cæli Spiritus? ad quid imquam sic iste Cæli Domini Spiritus?

6°. J. 6°. — Vera lib. mut. et prod. expositio ad hunc textum part. Chuen xam - art. 9. -: Recta agendi uia se prodens spiritualizat uirtutis opus, seu reddit spirituale; et iccirco potest spiritui correspondere, et eum adjuuare, sic ait: ista uox Xin |id est spiritualisare, spirituale reddere, Spiritus| bis posita sumitur diuersimode; primo loco sumitur uacue, secundo realiter. —

b Reddere autem spirituale, ut ibidem paulo infra ait Interpres, Çai hiu chay significat quod in doctrina libri mutationum, ac productionum contineatur ratio, quæ ejus opus spiritualizat, seu reddit spirituale. —

7°. b 7°. — in lib. mut. et prod. part. Chuen hia art. 3. dicentem: iccirco yĕ, seu liber mutationum, ac productionũ est ~~rerum~~ figura nempe symbolica; figura autem est rerum repræsentatio, seu imago, sic uere expositio citans Authorem Çai hiu chay: ista uox yĕ seu liber mutationum ac productionum dicitur vacue.

8. M. 8. — Eadem uere hujus lib. mut. ac prod. expositio in proœmio citans authorem Chu hi sic: doctrina libri mutationum, ac productionum orta est ex suspenso uacuo — quod attinet ad doctrinam Lib. annal. Imperialium ex præexistente boni regiminis norma; ad doctrinam libri carminum ex præexistentibus hominum affectionibus, ac moribus orta est; sed ante doctrinam libri mutationum ac productionum nihil simile præexistebat, tantum ex suspenso uacuo |nempe ente abstracto à materia.| orta est; ante enim symbolorum ænigmaticorum, eorumque numericarum linearum efformationem, quoad ipsam doctrinam, unica est pura ratio; quoad hominem, unicus et tranquillus animus, seu mens præexistebat.

引之。桀實避之。帝猶未遽絶也。乃降格災異。以示意嚮於桀。桀猶不知警懼。不能敬用帝命。乃大肆淫逸。雖有矯誣之辭。而天罔念聞之。

5 詩經鄘國風君子偕老。說約集解。胡然而有此天之神也。胡然而有此帝之神也。

6. 易經傳上第九。顯道神德行。是故可與酬酢。可與祐神矣。　周易正解。二神字不同。上是虛字。下是實字。　。蔡虛齋曰。神是易中有理以神之。

7 易經傳下第三。是故易者。象也。象也者。像也。　周易正解。蔡虛齋曰。易字虛說。

8. 周易正解易說綱領。朱子曰。易之為書。是懸空做出來。如書便真個有這政事謀謨。方做出書來。詩便真個有這人情風俗。方做出詩來。易都无這已往的事。只是懸空做的。未有爻畫之先。在易則渾然一理。在人則湛然一心。

1. 書經多方。蔡沈。文武善承其衆。克堪用德。是誠可以為神天之主矣。

2. 周易正解觀卦。神者妙不可測之謂。四時不忒。即是天道之神。 。極而言之。觀之于天。氣化流行。於穆不已。其道何神也。 。至若聖人之所以為觀。則誠于此。動于彼。不假形聲。不著事迹。其設教之道何神也。而不顯。篤恭之妙。直與帝載之無聲臭者同。亦非人所得而測。 。觀天之神道。此數字虛說。四時不忒。正是天之神道處。須看一觀字。天之神安可得而觀。於四時之不忒觀之。可以見天之神道矣。

3. 性理標題卷三。天文程子曰。以形體謂之天。以主宰謂之帝。以至妙謂之神。以功用謂之鬼神。以性情謂之乾。其實一而已。所自而名之者異也。 。致堂胡氏曰。夫天非若地之有形也。

4. 書經多士。蔡沈。呂氏曰。上帝引逸者。非有形聲之接也。人心得其安。則亹亹而不能已。斯則上帝引之也。是理坦然。亦何閡于桀。第桀喪其良心。自不適於安耳。帝實

Sectio 2^a.

Quomodo vocem Cœlum explicent Recentiores Authores; et an Cœlum distinguatur à Cœli Domino?

Duo hic maxime explicanda mihi uidentur: 1um: quænam concorditas omnium uocum, quibus Cœlum, ac Cœli Dominus appellatur. — 2^m: quænam identitas hominis cum Cœlo?

Respondeo ad 1^m: — Certum est juxta illos, quod illa uox Xam Ti significet Cœli Dominum, uel cœli Rectorem, uel potius cœli Dominum, ac Rectorem — A. — et quod hic Cœli Dominus, seu Xam Ti sit Spiritus — B — insuper quod sit Spiritus, seu Cœli Dominus sit idem, ac Cœlum — C — Spiritus autem est una quædam Excellentia — D — dum ergo aliis nominibus Cœlum, aut Cœli Dominum explicant, uolunt per hæc significare, aut adumbrare uarias ejus perfectiones, alioquin pugnantia dicerent: itaque dum dicunt quod Cœlum, seu Cœli Dominus sit ratio, debent intelligi quod Cœli Dominus sit suprema, ac prima omnium rerum Ratio tum in causando, tum in essendo: unde ulterius dicunt: hæc Ratio substantialiter, seu essentialiter, et causaliter sumpta, est Cœlum, infuse sumpta est natura; conseruatiue sumpta est ~~Spiritus~~ animus. Vel sic: prout est in Cœlo, dicitur Lex; prout est in hominibus, et aliis rebus, dicitur natura; prout est in actionibus, dicitur uia, seu norma: ubique semper Ratio — E — Numquid hoc habet aliquam similitudinem cum sententia priscorum Philosophorum Platonicorum, qui ponebant triplicem rerum statum, nimirum idealem in mente diuina, naturalem in rerum productione cum participatione, et impressione idearum; et rationalem in mente humana? idea enim nihil est aliud, quàm ratio exemplaris. — Deinde colitur Cœlum, inquiunt, quia Cœlum est id, in quo Ratio subsistit — F. — et cœlum ut est Ratio, non est corpus sensibile, ac materiale — G. — Hujus rationis essentia, seu substantia, dicitur Cœlum, prout dominatur, dirigit, ac regit; dicitur Cœli Dominus, ac Rector, – H. – præterea Cœlum quatenus illi ceu Legislatori obtemperandum, dicitur Lex – J. – quatenus providentia, dicitur temporis revolutio, – K. – idest habet providentiam, Legem etc. de quibus infra – quatenus est Substantia insensibilis, incorporea, simplicissima, dicitur primum vacuum; hoc vacuum non sumitur pro ente sensibili, et corporeo, quale est vastum æthra inane; vel pro re ficta, seu non existente; sed pro ente vere existente, et ratione; et sumitur dupliciter; 1° ut est quid incorporeum; 2° ut est quid ante rerum existentiam. – L. – jam vero cum istud 1um vacuum sit idem ac Tay Kie seu primus rerum terminus – M – ergo Tay Kie subinde etiam potest sumi pro Cœlo: sed de hoc infra Sect. 6. – Insuper ista vox Vacuum sumitur ut est quid vivum, non vero ut quid mortuum – N. – Denique Cœlum, seu Cœli Dominus, quatenus est effector, conditor, Author, dicitur Spiritus producens, et destruens – O. – quatenus est principium vitale, dicitur aer, seu vitalis aura; de quo in Sect. sequenti.

Ex his vides omnia ista diversa nomina, quibus Cœlum exprimunt, posse optime vero Cœli ac terræ Domino applicari. Quocirca dum explicantes istam vocem Cœlum sic aiunt, prout est corpus sensibile dicitur Cœlum, prout dominatur, ac regit dicitur Dominus, ac Rector – P. – intelligendi sunt hoc sensu vel quod Cœlum in sua propria significatione sumptum significet illud corpus sensibile, ac materiale, non autem in tropicâ, in qua sumptum significat Cœli Dominum, ac Rectorem; vel quod Cœlum ista vastissima sui corporis sensibilis extensione, ac magnitudine, qua tegit, et comprehendit omnia, repræsentet imensam Cœli Domini, ac Rectoris essentiam omnia comprehendentem. Cum enim illi Sinæ dicant quod Cœlum, seu Cœli Dominus, seu Cœli Spiritus sit unum, et idem – Q. – et rursus dicant quod sit ratio, seu aliquid incorporeum, et insensibile; certe ut cohærenter loquantur, debent dicere illud Cœlum in sensu, et significatione, in qua asserunt, esse unum, et idem cum Cœli Domino, tunc sumi ut incorporeum et insensibile; atque ita Cœlum in tropica tantum, ac figurata significatione est unum, ac idem cum Cœli Domino, ac Rectore; non autem in propria; nam Cœli Dominus, ac Rector, utpote Spiritus, est quid incorporeum, et insensibile; Cœlum in propria significatione est quid corporeum, et sensibile. Nec forte velis hic revocare priscorum Philosophorum errorem asserentium Cœlum esse animatum, conflatumque ex corpore, et anima, seu Spiritu; nam illi Sinæ dicunt, quod Cœlum idem sit ac Cœli Dominus, et Cœli Dominus idem sit ac Cœlum, sive quod Cœlum sit Cœli Dominus, et Cœli Dominus sit Cœlum – R – non potest autem dici corpus est idem ac anima, et anima idem ac corpus; seu corpus est anima, et anima est corpus: deinde ut videre est ex iis quæ hactenus dixi, passim accipiunt Cœli Dominum pro supposito, non pro parte suppositi, nec unquam Cœlum opponunt Cœli Domino tanquam partem comparti; sed tantum sub tali respectu vocant Cœli Dominum, asserentes utrumque unum, et idem esse; atque ita clarum est Sinas non facere ex Cœlo, et Cœli Domino unum compositum partim materiale, partim Spirituale.

Respondeo ad 2m. – 1° dum dicunt illi Authores quod Vir Sapiens, et perfectus cum Cœlo unum efficiat, Cœloque uniatur; vel intelligendi sunt de viri Sapientis virtute, quæ est eadem in effectis cum Cœli virtute, non in substantia. – S – aut certe illi similis, – T. –: vel etiam intelligendi de perfecta unione ejus rationis cum Cœli ratione – V. – et ejus voluntatis cum ejus voluntate – X –; pene juxta hunc sensum: qui autem adhæret Domino unus Spiritus est – 1. Corint. 6. – Unde Vir perfectus quamvis intime Cœlo uniatur; Cœlum tamen, et vir etiam vel sic sunt adhuc binum quid. – Z – 2° dum dicunt quod hominis, et Cœli ratio sit una W; – uel intelligendi de unitate generica, uel intelligendi de lege naturali, quæ subinde à Theologis confunditur cum lege diuina; quia licet Lex naturalis, siue rationis dictamina de agendo, uel fugiendo quod est naturæ rationali conforme, uel difforme, physice producantur, seu eliciantur ab hominis intellectu; cum tamen necessario procedant ex impressione Luminis à Deo inditi, sintque ejus imperia formaliter dirigentia, et obligantia, ideo ipsi Deo tamquam Legislatori, etiam recte adscribuntur. Vide etiam quæ dixi de lege æterna cap. 2. sect. 1. §. 1°

3°. – dum Imperator post mortem uocatur Cœlum, istud nomen est tantum tropicè mutuatum. – Eodem modo res imperatoris etiam uocantur Cœlum – Y. – nimirum quemadmodum dicimus *Doctor Angelicus* – *Orator Diuinus*, *Cœlestis prudentia* &c. Itaque ista recentiorum Authorum explicatio bene intellecta non uidetur immutare ueram Cœli Domini significationem, sed aliis terminis magis generalibus, et paulo obscurioribus eam inuoluit. – Jam uero si uelis uidere quomodo Cœli Dominus sub uariis Rationis, Spiritus, Effectoris, Naturæ &c. nominibus adumbratus juxta illos omnia faciat, ac destruat, regat, gubernet, sitque primum omnium rerum principium, primum ens, primum mouens; accipe Sectionem sequentem.

Textus Librorum.

1. A. 1°. In lib. carm. tom. *ta ya* oda *ven vam* sic interpres *Chu hi*: istæ uoces *Xam Ti* significant cœli Dominum ac Rectorem.

2. A. 2°. In lib. mut. et prod. part. *Xue qua* art. 5. idem Interpres *Chu hi* sic: Ti siue *Xam Ti* /unum enim, et idem/ idest Cœli Dominus, ac Rector.

3. – A. 3°. In lib. Rituum. art. 6. sic Interpres *Chin hao*. *Ti* idest Cœli Dominus, ac Rector; seu significat Cœli Dominum, ac Rectorem.

4°. — in libr. Annal. Imper. cap. *hium fan* Interpres, *Cay xin* A. 4.
explicans illam uocem *Ti* sic: quatenus Dominus, ac Rector,
dicitur *Ti*, quatenus Ratio, dicitur *Cœlum*.

5°. — in lib. carm. tom. *Siao ya* oda *Chim yue* sic Inter- B – 5.
pres *Chu hi*: *Xam Ti* idest Cœli Spiritus – prout est corpus
sensibile inquit doctor *chim* dicitur *Cœlum*; prout est
Dominus, ac Rector, dicitur *Ti*

6°. In lib. Rit. cap. 11. sic interpres *Chin hao* citans interpre- B. 6.
tem *Chu hi*: *Xam Ti* idem est ac *cœlum*; 1°. *Xam Ti*
idest *Cœlum*. – dum exprimitur ut est Cœli collectim
sumpti Spiritus, uocatur *Xam Ti*.

7°. Liber dictus naturæ, ac rationis breuis expositio tom. B. 7.
3°. art. *tien uen* Author Chim agens de Cœlo pro-
ut est inquit, corpus sensibile dicitur cœlum, prout
dominatur, ac regit, dicitur *Ti*, seu Cœli Dominus, ac
Rector; prout est Sumá excellentia dicitur Spiritus; prout D.
est operum effector, dicitur Spiritus producens, ac destruens seu O.
inuisibilis author; prout est talis naturæ, et affectionis,
dicitur uirtus actiua. – quoad rem unum et idem, sed
diuersum nomen. – Vide etiam cap. 2. sect. 1. §. 2. n. 9.
Littera G. – et alibi.

8°. In Libr. Carm. tom. *Cheu Çum* oda *ngo ciam*, in- C. 8.
terpres *Chu hi* citans interpretem *Chim* sic: Cœlum i- G.
dem est ac Cœli Dominus, ac Rector, seu *Ti*: uel dic
Cœlum idest Cœli Dominus, ac Rector.

9°. — in lib. sententiarum art. 7. Interpres, *Çay hiu chay* C – 9.
sic: ista uox Cœlum ibi sumitur ut est Dominus, ac Rector.

10. — Interpres *Chim y* in lib. &c. sic: Cœlum, ac Cœli C. 10
Dominus, seu *Ti*, unum et idem est; cœlum exprimit cœli G. —
substantiam; *Ti* exprimit cœli Dominum.

11. — Interpres, *Çai hiu chay* in lib. 2. Mencij cap. 7um E. 11.
sic, referens ut uidetur aliorum sensum: hujus litteræ,
seu uocis *Cœlum* significatio maxime spectat Rationem.
– Cœlum est ipsa Rationis substantia, siue essentia —
hinc dicitur rectè agendi Rationis magna origo a Cœ-

lo oritur - dum dicitur; qui noscit naturam hic et cœlum noscit, | sunt uerba Memcij |; fortasse intelligitr quod nosse naturam sit nosse effectum, et cum insuper ejus causa noscatur, tunc sit ultimum facultatis opus, ac terminus. — Cœlum enim est id ex quo ratio oritur; nec tantum id ex quo effectus oritur, sed etiam id ex quo causa oritur - ut dum dicitur Confusius annos 50. natus [illegible]uisse cœli legem; ibi causa quæ cœlo adscribitur, quatenus effectui opponitur, est duplex quid; atque hoc est quod Adultorum scientia uocat effectus normam, et causæ causam.

12. E - 12.º - in lib. 2. Memcij cap. 7. sic Interpres Chu hi citans doctorem Chim: animus, natura, Cœlum, sunt tantum una ratio | nempe generica |; quatenus ratio dicitur Cœlum; quatenus infusa, ac recepta, dicitur natura; quatenus conseruat ipsum hominem, dicitur animus. — quatenus primum Vacuum inquit Doctor Cham dicitur Cœlum; quatenus uitalis seu actiua aura, dicitur recte agendi norma, seu ratio; quatenus uacuum junctum aeri | nempe forma materiæ | dicitur natura; quatenus natura juncta facultati intellectiuæ, dicitr animus.

13. E. - 13.º - Interpres, Çay hiu chay in lib. Immutab. Medium art. 25. sic: hæc ratio prout est in Cœlo &c. ut 1.º in Contx.

14. F. - 14.º - Interpres, Cai Xin in lib. Annal. Imper. cap. Tay Kia sic: dicitur cœli cœlum, quia cœlum est id in quo ratio subsistit, nullo uel minimo motu, quiete, uerbo, silentio fas est illud aspernari, et temnere.

15. G. - 15.º - Interpres Çay hiu chay in lib. Sentent. art. 3. hunc locum: Si in cœlum peccaueris, non est ad quem confugias deprecaturus; sic ait: quod attinet ad id quod dicit Interpres Chu hi, ista uox Cœlum idem significat ac Ratiô, ego existimo hanc interpretationem asserentem id quo Cœlum est Cœlum, esse tantum rationem, per istam uocem Cœlum non indicare cœlum prout est corpus sensibile, ac materiale, nec prout est rerum productor, sed sistere in sola uoce Ratiô; tum paucis uerbis interjectis sic pergit: Confusius enim tantum usus est ista uoce cœlum ad deprimendam Spiritus foci, et Spiritus anguli in cubiculo austro-occidui potestatem; quodque maxime spectat est ratio dirigens, seu docens; iccirco dicta interpretatio posuit Ratiô: hujus rationis dirigentis, seu docentis, substantia, seu essentia dicitur cœlum; hujus Dominus, ac Rector dicitur Ti seu Xam Ti nempe Cœli Dominus, ac Rector. v. gr. inter patrem, et filium amor; inter Regem, et subditum æquitas intercedit; quamuis id ratio postulet, prius tamen necesse est, ut supra existat aliqua ratio dirigens, quæ id doceat, ac dictet; tunc ista æquitas, et amor intercedere scitur.

16.º Interpres, Cay hiu chay in lib. 2. Memcij cap. 3. agens de Cœlo sic ait: - quando exprimitur ut est Dominus, ac Rector, dicitur cœlum; quando exprimitur ut est illi obtemperandum, dicitur lex. J. 16.

17.º — In libr. Sentent. art. 9. hunc locum; Confucius rarissime loquebatur de lucro, de prouidentia, de pietate, seu cordis rectitudine; sic quotidiana 4. libr. explicatio: prouidentia complectitur et rationem, et temporis reuolutionem, seu tempus; iccirco est quid uehementer subtile, et comprehensu difficile. — Vide etiam Caput 2. sect. 2. num. 14. Littera P. et R. K. 17.

18. In lib. 2. Memcij cap. 7. sic Interpres, Cay hiu Chay agens de Cœlo: primum uacuum est id, quod dicitur Tay Kie idest primus rerum terminus; uacuum est uocabulum significans rem aeri | seu corpori | non permixtam; id autem quod est sensibile, et corporeum, aut sensu, et corpore posterius, dicitur aer - utrumque est quid reale, et uere existens; attamen ratio dumtaxat est uacua, ~~et~~ nempe incorporea. — Deinde paulo infra sic pergit: primum uacuum dupliciter explicatur: 1.º ut est quid uoce, et odore, seu sensibilitate expers; 2.º ut est quid ante rerum existentiam. — Et paulo infra: Hic primu

uacuum sumitur prout est ratio; alibi etiam sumitur ut est quid sensibile, et corporeum, adeoque idem ac primum inane, seu uastum æthra inane. — Denique paulo post: dum dicitur: Excelsi cæli res sunt uoce, et odore, seu sensibilitate expertes, hinc quatenus primum uacuum, uocatur cælum; istud primum uacuum exprimitur ut est ratio, non ut est corpus, et aer, siue prout est aliquod ens ratione constans, non corpore, aere, sensu, materia,: hæc explicatio uere cohæret sensui, ac menti Doctoris Cham, et Doctoris Chu hi.

A.19. N.— 19. — Interpres, Çay hiu chay in lib. Adultorum Scientiam, Sinice ta hio sic: ista uox vacuum à nostris Doctoribus usurpatur ut est quid uiuum: à Sectariis Foe et Lao idest Idolatris, ut est quid mortuum. Ibidem: agendo de animo, hic dicitur uacuum, et intelligens; per has duas uoces distinguitur et substantiæ quies, et actionis motus — hæc uacuitas, inquit author Yo hi, est sicut uacua speculi planicies; et intelligentia est sicut speculi splendor: utraque uox ponitur ad explicandam magis distinctè ejus perspicacitatem. — — Et paulo infra: animus ista uacuitate potest recipere omnium rerum rationes ttt.

20. P.— 20. — Interpres, Çay xin in lib. Annal. Imper. cap. chum hoey chi Kao, sic: illa uox cælum exprimitur ut est corpus sensibile, siue substantia sensibilis; illa uox Ti exprimitur ut est Dominus, ac Rector.

21. P. 21. — Idem Interpres, Çay xin in lib. annal. imperial. cap. Kiun Xe sic: dum y che et chin hu agebant primos Imperatoris Tay men ministros, sapientes adjuuabant Sapientem; hinc ejus regimen, regiminisq effectus potuit cæli animum satiare — Dum exprimitur, ut omnia tegit, dicitur cælum, dum exprimitur ut est Dominus, ac Rector, dicitur Ti, siue dum exprimitur ut in omnia dominatur, et omnia regit, dicitur cæli Dominus, ac Rector: sed

Libri siue uocent cælum, siue uocent cæli Dominum, ac Rectorem, hoc faciunt juxta id, quod indicant; non est maioris, aut minoris præstantiæ discrimen.

Q. 22. R. 22. — Interpres Chin hao in lib. Rit. art. 11. citans doctorem Chu hi sic: Petes: in loco suburbano dicto Kiao litatur principi heu cie conferendo illum cum cælo; in aula Imperiali litatur principi ven uam conferendo illum cum cæli Domino; sed cæli Dominus nihil est aliud quam cælum, et cælum nihil est aliud, quam cæli Dominus; eccur igitur illa litaminis diuersitas? uide postea responsum.

S. 23. 23°. — in lib. carm. tom. ta ya: od. Ven vam, sic compendiosa lib. carm. compilatio: excelsi cæli res uoce, et odore, seu sensibilitate expertes non possunt bene concipi, ac comprehendi — Cum autem tuus auus Ven vam haberet eamdem cum cælo uirtutem, hoc sane est, in quo res cælis existunt. — Deinde paulo post: ut septem hujus odæ articulos in uno complectar, ab initio usque ad finem tantum dicitur princeps Venvam fuisse unus cum cælo. — Ad eamdem odam sic Interpres Chu hi: proh! quam arcano et recondito modo, inquit Doctor Çu su citans librum carminum, illa cæli lex sine intermissione, ac fine suum cursum peragit; nimirum iste liber carminum exprimit rationem propter quam cælum est cælum; numquid id, pergit, clarissime patet? sic principis Venvam uirtus sine ulla fictionis, et falsitatis admixtione fulgebat: nimirum iste liber carminum etiam exprimit rationem, propter quam princeps T. uen uam fuit princeps uen uam; quia illibata, et purissima ejus uirtus suum etiam cursum numquam stitit — ita doctor Çu su: Cur igitur sciatur ratio, propter quam et cælum est cælum, et princeps ven uam fuit princeps ven uam hinc potest dici ille cum cælo eamdem habuisse uirtutem.

24°. — Idem Interpres Chu hi in libr. carm. tom. ta ya od. Hoam y citans authorem Liu sic: hic locus uult dicere principis uen uam uirtutem exteriori specie caruisse, et præclara ejus gesta ex imperceptibili animi vi emanasse; denique ejusdem fuisse cum cælo substantiæ; | nempe quoad effecta, et originem, ut postea explicabitur | et quamuis in regnum Çum arma mouerit, non tamen ex seipso, sed tantum obtemperando cæli Domini Regulæ id præstitit.

25. S. 25º. Interpres Çay hiu Chay in lib. Imutab. Medij, art. 26. sic: dum dicit Interpres Chu hi uirum et uirtute, et scientia absolutum, ejusdem esse cum cælo, ac terrâ substantiæ, id intelligitur, ut ante, de effectis; quia substantiæ, et effectuum, una et eadem est origo, Ratio.

26. S. 26º.- Interpres Chu hi in lib. Carm. tom. ta ya od. Sie y. sic:- principis ven vam uirtus sic erat; icirco quamuis magnas omnes difficultates peruincere, magnasque ærumnas uitare non potuerit, ejus tamen uirtus absque omni macula semper enituit; quamuis occurrerent res peragendæ, quas prius non didicerat; in iis tamen ab honestatis norma non aberrabat; quamuis denique nullum haberet admonitorem, in uirtute tamen semper proficiebat: atque hoc est quod Interpretes uocant naturam cælo adhærere, atque uniri.

27. V.- 27º.- Liber dictus naturæ, et rationis breuis expositio tom. 3. art. tao li: Cælum inquit, author Sie, idest Ratio; homo idest etiam ratio.- homo qui rationem omnino sequitur, is fit unus cum cælo; qui autem fit unus cum cælo, jam ego non sum ego, sed ratio; nec ratio est ratio, sed cælum.

28. V. 28º.- uera libr. mutat. et prod. expositio part. xue qua art. 1. sic: doctrina libri mutationum, ac productionum omnem omnino cujusuis rei rationem discutit, et homines, aliasque res, totam suam explere naturam docet; quin imo ad se intime uniendum cum ipsamet rationis, et naturæ origine, quæ est cæli lex, arcano, et recondito modo, assidue uoluens, tandem redit; quia obtento effectu, tunc ejus causæ se unit.

29. X 29º.- Interpres Cham Kiu Chim in lib. Sentent. art. 14. sic: Vir perfectus, qui in explendis omnibus naturæ suæ rationalis partibus unice cæli legi adhærens, eamque exequens, singularem illam intimæ cum cælo unionis excellentiam

assecutus est, certe non potest ab hominibus cognosci, illisque perspectus esse; sed cælum duntaxat illum cognoscit. Vide etiam cap. 2. sect. 1. §. 4. num. 6. Littera G.

30 — In lib. imutab. med. art. 1. sic quotidiana 4. libr. explicatio agens de uiro summè spirituali: hominis cor est cæli cor; iccirco dum homo omnes sui cordis partes explet, cælum illi correspondet; hominis res sunt cæli res; iccirco dum homo res suas rite componit, cælum illi obsecundat. X 30.

31. — Compendiosa libr. Carm. compilatio tom. Chen çum oda guei Tien chi min, sic: hujus odæ quatuor primæ sententiæ dicunt principis ven vam uirtutem, unum cum cælo effecisse; et paulo infra: quotiescumque uir uirtute, et scientia absolutus, dicitur esse sicut cælum; ille et cælum etiam uel sic sunt adhuc binum quid: hæc oda tantum cæli legem assidue uoluentem cum principis ven vam uirtute integerrima comparatam, una simul utramque exponit, quia nullus nobis relinquitur de illius integritate disputandi, aut ambigendi locus. Z. 31.

32. — Interpres Çay hiu chay in lib. meme. cap. 8. seu ult.º sic: natura, inquit, juxta interpretem Chu hi, est cæli ratio, quam homo accipit; cæli uia, seu cæli agendi uia, est ipsa naturalis cæli rationis essentia, seu substantia; reapse tantum una ratio.- hæc ratio inquit parua authoris uam interpretatio, quia in cælo existit, antequam rebus infundatur, ideo dicitur cæli uia, seu cæli agendi uia; et quia in hominis animo continetur antequam ipse aliquid agat, ideo dicitur natura; nimirum est illa cæli uirtus prima, seu magna, communicatiua, directiua, perfectiua; et hominis congenita pietas, æquitas, honestas, intelligentia. W. 32.

33º.- In libr. Rit. art. 7. hunc locum, Imperator in oratione sua funebri, seu panegyrica, uocatur Cælum, sic Interpres Chin hao: assumitur quod in tota uita egit ad componendam istam orationem, et cognomentum quo deinceps appellari debet, determinatur; in hac oratione appellatur Cælum, quia imperatoris dignitas est unica, et unum dun- Y. 33.

taxat cælum est supra illum; seu est illo superius: idcirco mutuatur istud nomen cælum ad eum appellandum. Deinde non tantum in oratione funebri, sed etiam in aliis occasionibus plerique res gestas regias appellant cælum.

23. 詩經大雅文王。說約集解。上天之事。無聲無臭。不可得度。惟爾祖文王。與天同德。即天載所在也。

。太全慶源輔氏曰。文王之詩七章。以一章言之首尾只是言文王與天為一。

朱熹。思子曰。維天之命。於穆不已。蓋曰。天之所以為天也。於乎不顯。文王之德之純。蓋曰。文王之所以為文也。純亦不已。夫知天之所以為天。又知文王之所以為文。則天與天同德者。可得而言矣。

24. 詩經大雅皇矣。朱熹。呂氏曰。此言文王德不形而功無迹。與天同體而已。雖興兵以伐崇。莫非順帝之則。而非我也。

25. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第二十六。此言聖人與天地同體。亦就用上說也。蓋亦體用一原之理。

26. 詩經大雅思齊。朱熹。文王之德如此。故其大難雖不殄絕。而光大亦無玷缺。雖事之無所前聞者。而亦無不合於法度。雖無諫諍之者。而亦未嘗不入於善。傳所謂性與天合是也。

27. 性理標題卷三道理。上蔡謝氏曰。天理也。人亦理也。循理則與天為一。與天為一。我非我也理也。理非理也天也。

28. 周易正解說卦傳第一。易則於天下之理。窮究而無所遺。於人物之性。全盡而無所歉。且於理性之所從來。而為天命之於穆不已者。復與之脗合而無間焉。益得其所當然。便契其所以然。

29. 論語第十四。張居正。夫聖人盡性至命。與天合一。其獨得之妙。真有人不能知而天獨知之者。

30. 中庸。日講。人心即天心。故心盡而天應。人事即天事。故事修而天從。

31. 詩經周頌維天之命。說約集解。輔氏曰。此詩上四句。言文王之德與天為一。

。詩緝。凡言聖人如天者。天與聖人猶為二也。此詩但以天命之不已與文德之純。對立而並言之。蓋有不容擬議者。

32. 。蔡虛齋四書蒙引孟子盡心下。按論語性與天道章集註曰。性者人之所受之天理。天道者。天理自然之本體。其實一理也。小註王氏曰。此理在天。未賦於物。故曰天道。此理具於人心。未應於事。故曰性。即元亨利貞仁義禮智是也。

33. 禮記曾子問第七。唯天子稱天以誄之。

。陳澔。誄之為言。累舉其平生實行為誄。而定其謚以稱之也。稱天以誄之者。天子之尊無二。惟天在其上。故假天以稱之也。人君之事多稱天。不獨誄也。

14. 皆理也。

書經。蔡沈太甲下。天謂之敬者。天者理之所在。動靜語默。不可有一毫之慢。

15 。蔡虛齋四書蒙引八佾第三。獲罪於天。無所禱也。 。天即理也。愚謂天之所以為天者理而已矣。此註蓋謂此天字。非以形體言也。又非以生物者言也。蓋就理言也。

。蓋孔子出一天字。特借是以壓竈與奧。而其所主則在道理上。故集註云耳。

。此箇道理。其體則謂之天。其主宰則謂之帝。如父子有親。君臣有義。雖是理如此。亦須上面有箇道理。教他如此始得。

16. 。蔡虛齋四書蒙引萬章上。以主宰而言謂之天。以當聽受而言謂之命。

17. 論語第九。子罕言利與命與仁。日講。命兼理氣。其故甚微而難測。

18. 。蔡虛齋四書蒙引盡心上。太虛即太極之謂。虛者不雜於氣之名。形而下者謂之氣。則皆是實物。惟理則虛。 。太虛一說。以其無聲無臭而謂之太虛。一說。其未有物而謂之太虛。 。此太虛以理言。他處亦有以形器言者。 如此亦浮雲之過太虛耳。是以太虛當太空。 。上天之載。無聲無臭。故曰由太虛有天之名。是太虛以理言。不以形氣言也。此說乃合張朱之意。

19. 。蔡虛齋四書蒙引大學。吾儒之虛。虛得活。佛老之虛。虛得死殺也。 。虛靈二字。有動靜體用之分。玉溪云。虛猶鑑之空。靈猶鑑之照。不昧。申言其明也。虛則有以具衆理。靈則有以應萬事。能具衆理而應萬事。此所以為明德也。

20 書經。蔡沈仲虺之誥。天以形體言。帝以主宰言。

21 書經。蔡沈君奭。伊陟臣扈之佐太戊。以賢輔賢。其治化克厭天心。自其徧覆言之謂之天。自其主宰言之謂之帝。書或稱天。或稱帝。各隨所指。非有重輕。

22. 禮記郊特牲第十一。陳澔。問郊祀后稷以配天。宗祀文王以配上帝。帝只是天。天只是帝。却分祭何也。

1. 詩經大雅文王。朱熹。上帝。天之主宰也。
2. 易經説卦傳第五。朱熹。帝者。天之主宰。
3. 禮記月令第六。陳澔。帝者。天之主宰。
4. 書經洪範。蔡沈。帝。以主宰言。天以理言也。
5. 詩經小雅正月。朱熹。上帝。天之神也。程子曰。以其形體謂之天。以其主宰謂之帝。
6. 禮記郊特牲第十一。陳澔。朱熹曰。上帝即天也。聚天之神而言之則謂之上帝
7. 性理標題卷三天文。以形體謂之天。以主宰謂之帝。以至妙謂之神。以功用謂之鬼神。
以性情謂之乾。其實一而已。所自而名之者異也。
8. 詩經周頌我將。朱熹程子曰。天即帝也。
9. 。蔡虛齋四書蒙引論語第七。天字以主宰言。
10. 。程頤曰天與帝一也。天言其體帝言其主。
11. 。蔡虛齋四書蒙引盡心上。此天字重在理上。天者理之本體也。故曰道之大原出於
天。知性知天。或一知性是知其所當然。又知其所以然。乃物格知至之事。至於天則理之所
從出者也。非惟所當然者從此出。所以然者亦從此出也。如論語五十而知天命。則以所以
然者屬諸天。而對那所當然者為兩項。大學所謂所當然之則。與其所以然之故。皆是也。
12. 孟子盡心上。朱熹。程子曰。心也。性也。天也。一理也。自理而言謂之天。自稟受而言謂之性。自存諸
人而言謂之心。張子曰。由大虛有天之名。由氣化有道之名。合虛與氣有性之名。合性
與知覺有心之名。
13. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第二十六。此理在天則為命。在人物則為性。在事物則為道。

Sectio 3.a

Quodnam omnium rerum principium invisibile in mundo agnoscant Recentiores Authores Sinæ?

Investiganda hæc quinque occurrunt: 1.o an agnoscant aliquod 1.m mouens, seu 1.m Ens vitale, intellectuale, improductum? 3.o an hoc 1.m ens vitale, intellectuale sit unicum, siue an cæli, ac terræ Spiritus sit unicus? 2.o an hoc 1.um ens vitale intellectuale sit causa uniuersalis, et ad omnia concurrat? 4.o an habeat legem omnium rerum directricem? 5.o an habeat prouidentiam omnibus rebus inuigilantem?

Dico 1.o Videntur Recentiores Sinæ Authores agnoscere aliquod 1.um Mouens, seu 1.um Ens vitale intellectuale improductum. 1.o id colligitur ex iis, quæ dixi in cap. 2. sect. 1. §. 1. et 2. et alibi. Deinde in mundo, inquit Author infra citatus, datur aliquod primum Ens nec habens rationem sine aere, nec habens aerem sine ratione | per uocem aerem intellige Vitam |: Si autem exprimatur ut est rerum effector, tum aer se diuidit in duo, idest in quietem yn, et motum yam, | siue ex non agente fit agens | et ratio hæc duo una simul complectitur, uerè in his dominans, regens, producens, agens; estque id quod dicitur unica causa Spiritus. – hinc ratio aeri præfertur, uocaturque Tay Kie seu primus rerum terminus: hoc modo potest etiam dici ratio prior, aer posterior – A – dixerat paulo ante quod aer posset dici prior, ratio posterior – B – hæc intellige de prioritate, et posterioritate per intellectum – Ex his ergo uerbis patet illam rationem, cum sit unica causa Spiritus, etiam esse uiuentem; non enim datur Spiritus sine uita; ideoque in se complecti aerem, idest uitalem quamdam auram ut passim intelligunt Sinæ: atque ita per istam uocem aer potest intelligi principium uitale et per uocem Ratio principium intellectuale: ista enim ratio est Spiritus, atque adeo intellectualis. – Insuper universâ, inquiunt, totius primi ac magni principii substantia, et essentia, est cæli agentis Spiritus — C — Spiritus est Cæli virtus; atque ratio; hujus actio [nempe vitalis] est aer [nempe vita in actu 2.º] vel terminus actionis est opus sensibile, et externum; Locus in quo spiritus existit est actionis motus. — D. — Rursus sic: proh! ut totus aer, seu tota aura vitalis est Spiritus universalis? ut in mediis tenebris conservat suam incorpoream perspicuitatem ad eam prodendam? ut antequam quidquam faciat, existit ad producendas omnes rerum species! E — nec forte tibi mirum videbitur quod per vocem aer vel vitalis aura exprimant Spiritum, si animadvertas istam vocem Spiritus apud Latinos esse etiam tantum ~~adscititiam~~ adscititiam, à voce Spiro derivatam, quæ ex se significat aereum spiramen, imo et Cicero 5. Tuscul. vocat animam Divinæ particulam auræ.

Præterea ista Ratio, seu unica causa Spiritus, vocatur Tay-Kie, Tay Kie vocatur [ut etiam supra vidimus] primum Vacuum — F. — Vacuum est cæli; ac terræ virtus; Vacuum est sumâ bonitas, seu vera, et realis cæli existentia; omnes res à primo vacuo accipiunt id quod sibi sufficit, imo et ipse homo à primo vacuo ortus est — H. — Jam vero, ut supra vidimus, primum vacuum idem est ac Ratio, scilicet ens incorporeum, et reale; Ratio idem est ac cælum imateriale; cælum imateriale idem est ac cæli Dominus et Rector, seu Xam Ti: ergo patet cæli Dominum, ác Rectorem esse istud primum Movens, primum principium, primum Ens vitale, et intellectuale, adeoque improductum, et illimitatum, cum nihil sit prius, a quo producatur, et à quo limitetur. Præterea siquis velit perscrutari modum quo istud 1.um Ens res omnes producat; quamvis non sit Ejus loci quæstio, eaque potius ad Physicam pertineat; sic tamen fortasse posset inire ratiocinium: cum dicant Sinæ Cælum, ac terram ex vacuo orta, vacuam esse Rationem, Rationem esse Spiritum; hinc posset forsan colligi juxta illos Cælum, ac terram, a Deo ut supremo Spiritu, et causa exemplari, esse creata: deinde cum dicant in exortu mundi fuisse subtilissimum aerem primitivum, ex quo diviso factum est cælum, ac terra, posset hinc etiam forte dici per istum primitivum aerem significari abyssum magnam, quæ erat super faciem terræ, seu Chaos magnum, ex quo firmamentum, et astra sursum, plantæ, pisces, volucres, pecudes, et alia sublunaria, ac terrestria deorsum, producta sunt; si nempe terram, quæ in medio abyssi magnæ conclusa jacebat, simul comprehendas cum hac abysso ut quorumdam causam, seu concausam materialem. Unde sic distinguendum foret duplex primum principium; alterum spirituale et increatum; alterum materiale, et creatum; nempe iste primitivus aer, seu æther, quod quia non satis clare distinguunt Sinæ, ideo subinde videntur et Spiritum cum materia, et rationem cum corpore pene confundere; idque, ut arbitror, fit propter ambiguitatem istius vocis aer sinice Ki quæ licet ex se significet aerem materialem, tamen transfertur ad significandum quidquid est materiale, et corporeum. — J — ad significandam vitam tum hominis, — K — tum Spiritus — L — ad significandum tempus — M — ad significandum actionem, motum &c. — N. — Sed nunc ad quæstionem redeo

Dico 2. illud 1.um Ens Vitale intellectuale, est causa universalis; omnia invisibili vi, et incomprehensibili modo, in mundo facit; ad Omnia concurrit: dies, et noctes, inquiunt, frigus et æstus, nubes et ventus, actio, et cessatio, motus et quies, ortus et interitus, à Spiritu gignente, et destruente, fiunt: Cælum, terra, astra, anni tempestates, aeris imutationes, utpote res visibiles, et sensibiles, possunt dici ille Spiritus gignens, ac destruens; sed sunt tantum ejus vestigia, et effecta: Spiritus gignens, ac destruens est illa vitalis auræ vis motrix, quæ in illis tacite, et invisibiliter agit: quî sane ille possit visu, aut auditu percipi? quamvis vero non possit visu, et auditu percipi; in effectis tamen eum vides: qui enim per conjunctionem quietis yn, et motus yam dat rebus incipere, seu esse, est ille Spiritus se extendens, et adveniens, seu gignens, sinice xin; qui per disjunctionem quietis yn, et motus yam dat rebus desinere, est ille Spiritus se colligens, et rediens, seu destruens, sinice quei; atque ita principium, et finis rerum, seu generatio et corruptio à Spiritu gignente, et destruente fit; unde omnes res penetrat, et ubique existit: denique quamvis ipse sit corporis expers, omnes tamen mundi substantias corporeas facit, ac destruit — O — Rursus sic: tonitru, ventus, aqua, ignis, mons, lacus, non possunt dici esse Spiritus; sed id per quod moventur, et agitantur, est Spiritus, id quod universaliter, et indivisibiliter res omnes facit, dicitur Spiritus. — P. — Spiritus intelligens dicitur in quantum est Dominus, Rector, ac causa efficiens; ipse est enim qui per alternantem quietis, et motus reciprocationem annuas illas cæli, et terræ vicissitudines incomprehensibili modo efficit. — Q. — Vnde sic petunt: dum dicitur cæli ac terræ agendi via, seu ratio; hocne intelligitur, quod aliquid et intrinsecum, et extrinsecum etiam simul comprehendat? R.deo: Cælum, ac terra habent naturam, habent naturæ tendentiam; in eorum operibus, et assiduis actionibus inest Dominus, ac Rector; iccirco de illis dicitur et Spiritus, et opus. — Enimvero qui non comprehendat aliquid et intrinsecum, et extrinsecum? — R. — Rursus sic: Cæli ac terræ agendi ratio, alio nomine ens sine termino, primus rerum terminus dum dicitur esse Spiritus, est quid purissimum, simplicissimum, perfectissimum — S. — Illa ratio est id, qua habetur assidua quietis yn et motus yam reciprocatio, seu actio — T. — nec Spiritus est aliquid distinctum ab ista ratione, seu aliquid extra istam rationem, utpote illi identificata; sed Spiritus est istius rationis excellentia — V. — Deinde licet in omni quiete yn et motu yam reperiatur, illum tamen motum, et quietem transcendit; et licet ab illis non separetur, non tamen illis comiscetur; nec est instar rei affixæ alicui determinato subjecto, ita ut sensu inquiri possit — X —: unde patet illam nullo loco non existere, laudaturque, seu prædicatur esse Spiritus — Z. —

Hinc colliges Platonis, aliorumque veterum Philosophorum sententiam, asserentium formam mundi esse unam grandem, ac toti mundo comunem animam, imo et ipsum Deum juxta quorum mentem sic Virgilius — Totamque infusa per artus — Mens agitat molem, et magno se corpore miscet, non posse hic habere locum; omnis enim forma substantialis est pars compositi, est affixa alicui determinato subjecto, illi comiscetur, illo concluditur, non est causa partis, cum qua constituit compositum, seu ~~corpus~~ compars non est effectus compartis, v.g. corpus animæ, materia formæ: jam vero illa Ratio, seu ille Spiritus, nullibi dicitur pars alterius, contra dicitur universa totius primi principij substantia, nulli rei sensibili commiscetur, nullo concluditur, nulli determinato subjecto affixus est, omnia transcendit; omnes mundi res sensibiles ab illo fiunt, sive sunt illius effecta: ergo omnes mundi res sensibiles non sunt compartes unius compositi cum illo: ergo illa non est forma, seu anima mundi: ergo est verum suppositum intellectuale infinitum, adeoque Spiritus intelligens incomprehensibilis. Itaque hæc omnia satis probant à Sinis agnosci invisibile aliquod in mundo primum ens vitale, intellectuale, quod est causa universalis omnia gignens, omnia destruens, omnium rerum generationes, et corruptiones efficiens, cum omnibus causis secundis concurrens: agnosci, inquam, invisibilem aliquem cæli, ac terræ Spiritum ab omni materia independentem. Videamus nunc an hic Spiritus sit unicus?

Dico 3°. Illud primum ens vitale, intellectuale juxta eorum libros, est etiam unicum, seu Cæli ac terræ Spiritus est unicus: dum enim dicuntur tria prima Chinæ imperia in inserviendo Cæli, ac terræ Spiritui intelligenti semper sortibus usa fuisse, ne sua particulari electione vilipenderent Cæli Domini, seu xam Ti servitium | Cap. 1. sect.

2. §. 1. n. 11. Lettera O | hinc patet quod Xam Ti seu Cæli Dominus sit Cæli; ac terræ Spiritus. — Deinde rursus dicitur quod ubi parentalis regiorum Manium ædificij ritus bene diriguntur, ac servantur, id sufficiat, ut illi cum cæli; ac terræ Spiritu intelligente posint conferri — W —; sed solus familiæ imperialis conditor, aut aliquis præcipuus avus cum Xam Ti seu Cæli Domino conferebatur, ut alibi videre est: ergo cæli Dominus, seu Xam Ti est unicus, sive Cæli Spiritus est unicus Dominus — Y —: imo Cæli; ac terræ est unicus Spiritus gignens, ac destruens — A a — vel potius dic in cælo, ac terra est unicus Spiritus gignens, ac destruens; nam Spiritus juxta Sinas non potest visu percipi, est quid incorporeum, et insensibile; cælum autem ac terra visu percipiuntur, sunt aliquid corporeum, et sensibile: dicendum ergo in Cælo, ac terra, nisi sumas cælum, ac terram tropicè per metonymiam continens pro contento, uti subinde Sinæ illa sumunt, dicendo: Cælum ac Terra est Ratio, et Spiritus est ita Ratio — Bb. — Hæc Ratio, ut jam dixi, est unica Spiritus, imo et primus rerum terminus —. Unde patet ab illis unicam causam universalem in toto mundo agnosci, seu unicum Cæli ac terræ Spiritum, nempe Xam Ti: dum igitur dicunt, hominis vitalis aura et ratio, est Cæli ac terræ vitalis aura, et ratio, id intellige per participationem, ita ut homo cum Cæli, ac terræ Spiritu tantum conveniat in eadem ratione generica vitæ, et intelligentiæ, videlicet Cæli; ac terræ Spiritus rationem, seu intelligentiam, et vitalem auram, seu vitam infinitam per essentiam; homo finitam, per participationem; ut jam clarius adhuc patebit.

Dico ergo 4.º — Universalis ille Cæli, ac Terræ Spiritus habet Legem tum generalem, quæ ad omnia; tum particularem, quæ ad hominem specialiter se extendit — Generalis lex est illa, quæ in profunda, ac mysteriosa caligine suum cursum sine intermissione, ac fine assidue peragit; vocaturque quadruplex cæli virtus, quæ dat unicuique rei principium, incrementum, directionem, perfectionem, seu finis consecutionem. — Cc — Vide cap. 2. sect. 1. §. 1. et 2.: et hic n. 35. et 88. — Particularis est illa quæ in hominis corpore infundit animam, seu Spiritum intelligentem omnis cognitionis capacem; et in animo rationem, quæ est facultas firmiter ex se obsecundans congenitis quinque pietatis, æquitatis, honestatis, intelligentiæ, veritatis virtutibus; nimirum late, et inchoate sumptis, pro inditis virtutum seminibus; non pro ipsis habitibus. — Unde qui cognoscit hanc Rationem, cognoscit et ejus Originem, seu Cælum, ex quo illa oritur — quocirca homo Sapiens suum animum diligenter colligit, rationi accurate obtemperat, atque ita fideliter Cælo inservit. — D d. —

Dico 5.º Insuper suam habet providentiam omnibus rebus invigilantem; et hæc diversimode sumitur: 1.º pro cæli agendi ratione tacite, mysteriose, indesinenter actuosa, in qua Cæli Domini Lex, ac jussum continetur — E e — nimirum pene sicut Boetius definit Dei Providentiam; Providentia est ipsa divina Ratio in summo omnium Principe constituta, quæ cuncta disponit: lib. 4. de Consolat.: 2.º pro cælesti cujusdam temporalis revolutionis lege, per quam Cælum, seu Dominus, ac Rector, omnia adversa, ac prospera dirigit; et in hac temporalis revolutionis lege continetur rectum, ac justum præceptum; unde bene, et recte agentes bonis cumulantur. — F. f. — 3.º pro ista cæli agendi ratione, et hac temporis revolutione simul, seu pro utriusque complexo — G. g. — 4.º pro illa Cæli dispositione, quæ in ortu cujusque rei accepta mutari non potest; ita tamen ut homo non debeat omnes res suas in illam rejicere, et negligere, aut omittere quod decet, et æquum est agere. — H. h. — Hinc brevitas, aut diuturnitas vitæ dicitur etiam Cæli lex, ac providentia. — I. i. — Jam vero vir Sapiens debet nosse infusam rationem, seu rerum naturas, ut Cælum noscat; debet animum colligere, et rationi obtemperare, ut Cælo serviat; debet omnimodæ virtutis perfectioni incumbere, ut cæli providentiam expectet. Unde nec cæli notitia consistit in temporis revolutione prospera, aut adversa; nec totum cæli servitium consistit in externo litaminis cultu; nec vitæ institutio juxta providentiam pendet à rogando Spiritu — K k. — de cæli lege ac providentia hæc videntur sat clare dicta; adeoque nihil addendum.

Nota: Licet isti Recentiores Authores sæpe videantur quoad vocem dicere cælum visibile, ac materiale; in suo tamen modo significandi fere semper indicant aliquid invisibile, et immateriale — v. g. Ô remotissimum Cælum, ô Cæruleum cælum, quod tibi propriam facis virtutem amare homines, quando tandem efficies ut patriam revisam! — L l. — Ô Cæruleum, cæruleum cælum, quod bonis bona, malis mala dispensas, nec unquam erras; superbos illos respice, et coerce; pauperes illos miserare, et solare — M m — ubi vides Ty amare, bona, et mala dispensare, misereri, solari &c. esse verba quæ indicant aliquid invisibile, vitale, intellectuale. — Huc etiam referas verborum ambiguitatem, et generales expressiones, v. gr. inexhaustus rerum effector est vitalis aura — N n. — quod vel intellige de sola prima causa, ut supremo rerum principio vitali; vel de causa prima concurrente cum 2ª.; itaut eadem actio quæ per seipsam oritur ab ipso primitivo aere, seu ente materiali, tamquam actuale exercitium activitatis ejus oriatur etiam à Deo tamquam actuale exercitium potentiæ ejus, concursus enim Dei in actu 2º. est realiter actio causæ 2æ. quod fortasse posset his illorum librorum verbis adaptari: Spiritus est cæli virtus; productio est cæli via; virtus, substantia via, usus; utrumque cum aere unum. — O o. — His autem ambiguis verborum expressionibus ideo fortasse utuntur, vel quia volunt colere id quod cognoscunt; vel quia non audent clare exprimere id, quod oculis corporeis non vident, vel quia non inveniunt verba satis apta ad exprimendum istud Supremum Numen. Unde vox ista Colere |nempe Cælum| non est, inquiunt, magnopere discutienda, nec opus illam multum perscrutari. — P p. —

Cæterum ex dictis satis patet, ab illis agnosci in mundo visibili hoc invisibilem, et incomprehensibilem aliquem Spiritum rerum effectorem, rectorem, provisorem, improductum, adeoq; æternum, illimitatum, infinitum in omni genere perfectionis. At fortasse dices: his diebus in libro quodam Europæo impresso, et recens edito, Legi nullam à Sinis in mundo agnosci Spiritum; quid? ad hoc, ut tibi, et illi respondeam, tantum hactenus dicta videntur plusquam abunde sufficere, nihilominus ad pleniorem Spiritus noticiam sit sequens Sectio. — — — — — —

Textus Librorum.

1º. Interpres Cay hiu chay ad initium libri Scientiæ Adultorum sic: In mundo, ut ego quidem arbitror, datur aliquod primum Ens &c. ut supra in Contx. A. — 1

Sic autem paulo ante dixerat: Ego dico in mundo existere quandam rationem non appensam vacuo; et tunc posse etiam dici aer prior, ratio posterior. B.

2º. — Vera lib. mutat. ac product. expositio in Symbolo Kien sic: ista quadruplex virtus assidue volvens, est cæli agentis productio; universa autem totius primi principij substantia, et essentia, est cæli agentis Spiritus. C — 2.

3º. Dictionarium in littera Hoa sic: — hæc vox hoa significat efficere; cælum et terra, frigus et æstus, dies et noctes à causa efficiente fiunt. — Deinde significat etiam aeris, seu auræ vitalis actionem, rei corporeæ actionem, Spiritus actionem; Spiritus est cæli virtus, actio est cæli agendi via, seu modus; spiritus est ratio, actio est aer; ratio nec aeri immiscetur, nec ab aere separatur; iccirco Locus in quo Spiritus existit, est actionis motus. D. — 3.

4º. Interpres, Cay hiu chay in lib. Immut. medij art. 16. citans authorem Kiue, sic: proh! ut totus aer &c. ut supra in Contx. E. — 4. L.

5º — Interpres, Cay hiu chay in lib. 2. Mencij cap. 7. agens de Cælo sic: primum vacuum est id quod dicitur Tay Kie seu primus rerum terminus — Vacuum est vocabulum sig- F. — 5.

I- nificans rem aeri non ĩmixtam; quod autem est sensibile, et corporeum; uel sensu, et corpore posterius, id dicitur aer.— Hic uide num. 36, et 37. infra.

6— K. 6.º— Interpres Çay hiu chay in lib. 2. Memcij cap. 5. citans interpretem chu hi sic: Vita, inquit doctor chu hi dicitur aer; uitæ ratio dicitur natura: ego quidem arbitror dum uita dicitur aer, hunc in omni re | nempe uiuente | esse ejusdem generis; sed dum uitæ ratio dicitur natura, hanc non esse ejusdem rationis, siue generis; uerum generaliter loquendo, quia aer hominis, et aliarum rerum, habet aliquam diuersitatem, ideo et eorum natura est diuersa.

7. K. 7.º Interpres chu hi in lib. 2. Memcij cap. 5. sic: Vita, est ille aer, quem homo à cælo accipit.

8. K. 8.º— liber Immutabile medium art. 31. sic: Ex omnibus, qui sanguinem, et aerem habent, | siue ut Interpres cham kiu chim ait, ex omnibus uiuentibus hominibus | nemo est, qui uiri Sapientis uirtutem non reuereatur, ac diligat.

9. L. 9.º— Lib. Sermonum domestic. Confucij art. 17. sic: animæ aer in cœlum rediens; dicitur Spiritus

10. L. 10.— lib. Rit. art. 29. sic: tellus excipit Spiritûs, seu spiritualem aerem. Hic uide num. 39. infra.

11.º N. 11.º Interpres chu hi in lib. mutat. ac product. part. Chuen xam— art. 5. sic: illa alternans quietis yn, et motûs yam actio, atque assidua successio, est aer; ratio autem quæ illam constituit, uocatur agendi uia.

12. O. 12.º— Interpres Çay hiu chay in lib. Immutab. Medij art. 16.— sic: Proh! quantum non potest concipi, ac comprehendi Spiritus gignens, ac destruens! v.gr. in mundo nunc dies, nunc nox, nunc frigus, nunc æstus, nunc uentus, nubes, pluuia, uel subito adueniunt, nec scitur unde; subito cessant, nec scitur unde:— deinde homines, aliæque res nunc subito agunt, subito cessant; subito nascuntur, subito moriuntur; hæc omnia à Spiritu gignente, et destruente: istam autem uitalis auræ uim motricem tacito modo assidue uoluentem nunc abeundo,

abeundo, nunc ueniendo, nunc se colligendo, nunc se extendendo, ecquis sane hominum possit sensibiliter aut repræsentare, aut apprehendere? Dein paulo infra; jam uero illud cælum omnia tegens, terra omnia sustinens, sol et luna omnia illustrans, quatuor anni tempestates sibi inuicem succedentes, uentorum, nubium, imbrium, roris uicissitudines, hæc omnia possunt et uisu, et auditu percipi; ideoque non possunt dici Spiritus gignens, aut destruens; sed sunt tantum Spiritus gignentis, ac destruentis uestigia, et effecta.— Spiritus uero gignens, ac destruens est illa uitalis auræ uis motrix ïens, et rediens, quæ in illis tacite, et arcanè agit; qui sane ille possit aut uisu, aut auditu percipi? Cæterum quamuis Spiritus gignens, et destruens, seu illa uitalis auræ uis motrix ïens, et rediens non possit uisu, et auditu percipi; in ipsis tamen rebus eum uides; qui enim per conjunctionem quietis yn, et motus yam dat rebus incipere, est ille Spiritus se extendens; qui dat rebus desinere, est ille spiritus se colligens, seu rediens: atque ita principium, et finis rerum à Spiritu gignente, et destruente, siue se colligente, et extendente fit; porro Spiritus gignens, et destruens omnes omnino res penetrat, et omnem omnino locum occupat; atq; hinc patet rationem uiæ ducem non posse uel unico momento à nobis separari.— Et paucis interjectis sic pergit:— Deinde si unum dumtaxat annum spectes; uer et æstas dicitur motus yam | nimirum à Solstitio hyberno usque ad æstiuum | autumnus, et hyems dicitur quies yn | nimirum à Solstitio æstiuo usque ad hybernum | totus autem unius anni decursus, principium et finis à Spiritu gignente, et destruente fit; seu à Spiritu generatore, et corruptore fit.— Rursus,— Si unum dumtaxat diem spectes; dies dicitur motus yam; nox quies yn; totum autem unius diei curriculum, principium, et finis, a Spiritu gignente, et destruente fit. Insuper v. gr. cum homo, aliaue res nascuntur, cum plantæ pullulant, id fit à uitalis auræ quietis yn et motus yam conjunctione: cum moriuntur, et arescunt, id fit a uitalis auræ quietis yn, et motûs yam disjunctione: hæc autem rursus à Spiritu gignente, et destruente fiunt. — Et paulo post — Atque hinc uides omnes omnino res ab illo Spiritu gignente, et destruente penetrari: — Denique sic concludit paulo infra: — quamuis Spiritus gignens, ac destruens sit corporis expers, omnes tamen mundi substantias corporeas facit, ac destruit.

13. P. — 13°. — Vera lib. mutat. et product. expositio part. Xue qua chuen art. 6. citans authorem Chu hi sic: — tonitru, uentus, aqua, ignis, mons, Lacus, non possunt dici esse Spiritus; sed id, per quod mouentur, et agitantur, est Spiritus. — deinde citans authorem Chin Kam chin, sic: quod universaliter, et indiuisibiliter omnes res facit, ideoque conjunctim sumitur, siue unum fit, id dicitur Spiritus.

14. Q. 14°. — Vera lib. mutat. ac product. expositio part. Xue qua chuen art. 1. in hunc locum: Olim uir sapiens commiscendo istam libri mutationem, ac productionum doctrinam tacite adjuuit Spiritum intelligentem; /scilicet in rerum productione, præceptis, et artibus, dirigendo causas secundas/ et ad ejus usum nata est Xi sic ait: ista bina uox Spiritus intelligens, indicat assiduas cæli ac terræ productiones, et nutritiones; non dicitur productiones, et nutritiones; sed dicitur Spiritus intelligens; quia dicitur, in quantum est Dominus, Rector, et causa efficiens; ipse est enim ttt. ut supra in contextu.

15. R. 15. — Interpres Çay hiu chay in lib. Imut. medij art. 26. sic: — Dum dicitur cæli ac terræ ttt. ut supra in contextu. — Hic uide num. 34. infra.

16. S. 16. — Vera lib. mutat. ac product. expositio in symbolo Hêm, sic: Cæli ac terræ agendi ratio, alio nomine ttt. ut supra in contextu.

17.

17°. — Vera lib. mutat. ac prod. expositio part. Xam chuen art. 5. V. 17.
sic: Spiritus est illa agendi uiæ excellentia; non tamen extra
seu præter istam agendi viam est aliud diuersum, quod dicatur
Spiritus. — Deinde paulo post: — Licet in omni quiete X.
yn, et motu yam ttt. ut supra in Contx. — Postea citans
authorem Lin çu yay, sic: — hæc demonstrant agendi uiam T.
seu rationem, quæ ista unius quietis, et unius motus yam
reciprocatio constituitur. — Unde patet rationem nullo loco Z.
non existere; et prædicatur esse Spiritus.

18°. — Liber Rit. art. 27. sic: — quod attinet ad res internas, W. 18. inquit Confucius alloquens Regulum ngay cum, si parentalis regiorum Manium ædificij ritus bene dirigantur, ac seruentur, certe hoc sufficiet, ut illi cum cæli ac terræ Spiritu conferri possint. — quod autem attinet ad res externas, si regiæ aulæ ritus bene dirigantur, ac seruentur, certe hoc sufficiet, ut mutuam inter Superiores, et inferiores reuerentiam stabilire possis.

19°. — libri mutat. ac prod. symb. Huon, quotidiana explicatio Y. 19. ab hoc Imperatore Kam hi in lucem edita, sic: Idcirco cælum colere, et Auorum Manes reuereri, est ueram pietatis, et filialis obseruantiæ mentem explere; tuncque omnes imperij incolæ, quia scient Cæli Spiritum esse unicum Dominum, ideo non audent, cum sint inferiores, Superiorem offendere; et quia sciunt, hominum aliarumue rerum, unicam esse originem, ideo non audent mortuorum cultus relinquere, et progenitores obliuisci.

20. — Interpres Çay hiu chay in lib. Imut. medij cap. 29. sic: Si hæc tria /nempe Ritus, Opificia, Characteres/ ab Imperatore sollicitanda conuenerint cum ratione, statim conuenient cum cælo, ac terra; cælum enim, ac terra est tantum ratio — Si autem conuenirent cum Ratione, statim conuenirent cum Spiritu generatore, et corruptore; Spiritus enim generator, et corruptor est esi-

am tantum Ratio — Denique si conuenerint cum Ratione, simul etiam conuenient cum primis trium imperiorum Imperatoribus; isti enim Imperatores sunt etiam tantum Ratio. — Deinde paulo infra: cum homo tantum uitalem cœli, ac terræ auram habeat, etiam cœli, ac terræ rationem in se complectitur; mea enim ratio est cœli ac terræ ratio.
A.a. — Cœlum autem ac terra est tantum unus spiritus generator, ac corruptor, seu gignens, ac destruens — Deniq. paulo post, sic: iste animus in omnibus hominibus est idem, et istius animi ratio est eadem [nempe specie, imo et æqualis perfectionis indiuidualis]; ab omni æuo est tantum una ratio [nimirum unitate uel generica uel specifica] et ab omni æuo, omnium uirorum perfectorum unus tantum animus [nempe unitate specifica]; atque hoc est quod dicitur Omnium uenturorum uirorum perfectorum, hic idem animus, hæc eadem ratio; omnium præteritorum hic idem animus, hæc eadem ratio.

21. B.b. 21. — Interpres Chu hi in libri Immutab. medij art. 29. ~~praeta~~ ad eumdem locum sic: Cœlum, et Terra, idest * ratio, seu agendi uia. — Quæ uerba explicans Doctor Çoy hu chay: Cœlum inquit, ac terra, idest practica ratio idem est ac si diceretur, Cœlum idest pratica ratio, uel cœlum est practica ratio, seu uia.
* practica

22. C.c. 22. — Lib. Breuis naturæ, et rationis expositio tom. 3. art. Sin, sic: Illa cœli lex proh! quam arcanè, et mysteriosè suum cursum sine intermissione, et sine peragit: nimirum id quo cœlum est dominus res producens, est ejus cor — hinc homo nascendo accipit cœli Legem; adeoque totum id, quo cœlum me producit, teneo, ut sit mei totius corporis Dominus, totus intra me, assidue illuminans sine obscuritate, assidue agens sine intermissione; atque hoc est, quod dicitur hominis cor, seu animus — ejus substantia est id quod uocatur cœli uirtutis magnæ, seu primæ, communicatiuæ, directiuæ, perfectiuæ uia practica, quæ in homine existens est congenitæ pietatis, æquitatis, honestatis, intelligentiæ natura. Hic uide num. 38. et num. 35. infra: uide etiam supra cap. 2. sect. 2. §. 1. et 2.

23°. — Quotidiana 4. librorũ explicatio in hunc locum Mencij lib. 2. cap. 7. Qui noscit naturam, noscit et Cœlum, sic: D.d. 23.
In hominis corpore Dominus, ac Rector, est ~~cœlum~~ cor, seu animus — cor est intelligens hominis spiritus, qui omnis rei rationem complectitur, seu omnis rei rationem potest cognoscere, et omnes actiones dirigit, ac regit: ejus capacitas, et intelligendi facultas est maxima; qui hanc omnino adimplet, hic procul dubio, quid sit natura, agnoscit: natura est illa ratio, quam in se animus continet; qui res probe discutit, atque sine dubitatione cognoscit, tunc ratio in illo pellucida est, et cordis capacitas plena, atque integra. Jam uero illa ratio prout existit in natura est facultas firmiter ex se obsecundans quinque congenitis pietatis, æquitatis, honestatis, intelligentiæ, ueritatis uirtutibus, nempe inchoatis, ut dixi. — prout existit in cœlo est prima origo arcano, et mysterioso modo assidue semper uoluens, et agens: — atque hoc non est quid binum; qui enim scit, quid sit natura, etiam originem, ex qua
illa oritur, liquido scit. — Enimuero, ut cœlum K.k. —
noscas, ecquid aliud exterius quæris? Sapiens qui sic rite penetrat cœli scientiam, certe debet omnes animi sui partes explere, quod maxime consistit in animi collectione, coercendo assiduam ejus mobilitatem, nec permittendo, ut nullus ejus cœli minimus motus, ac quies à prauis rerum externarum cupiditatibus abstrahatur; — Præterea debet naturam nosse, quod maxime consistit in ejus alimento sollicitando, purissimæ ejus tendentiæ fidelissime obtemperando, nec serius, aut ocius ejus ductum sectando, itaut à naturali ejus regula numquam recedatur. — Hic animus, et natura à cœlo nobis infunditur; uir qui et illum sic colligit, et hanc sic

alit, is cæli rationem semper conseruat, atque id est quo-
Cælo fideliter inseruit: ea est igitur Sapientis scientia ad
Cælo inseruiendum. — Sed demus quod quis cælum noscat,
et cælo inseruiat, si tamen in causis breuis, et longæ
uitæ excutiendo, negligenter suorum morum componendorum
studio incumbat; hic nec pietatis, nec intelligentiæ
partes implet; qui autem ita perfecte noscit naturam,
ut nec breuis, nec longa uita mentem excæcet, ita accurate
compositis moribus animum colligit, et rationi
obtemperat, ut ultro ad se uenientem cæli dispositionem
expectet, hic solus acceptam à Cælo rationem integram
conseruat, et uitam suam juxta unam cæli dispositionem
instituit. — Nunquid igitur hoc est noscendi cæli, et
inseruiendi cælo perfectum opus! princeps qui cæli Legatione
fungens, cælique Legi unice adhærens, uerbo et exemplo
summæ perfectionis normam tradit, debet tantum penetrandæ
rerum naturæ diligentissime incumbere, animum colligere,
rationem sectari, ut mores suos componat, ut uirtutis
suæ magnitudinem cælo ac terræ æquet: ecquod
tunc cælum non poterit nosse? eccui tunc cælo non poterit
inseruire? eccui tunc prouidentiæ non poterit suam
M- uitam accomodare? quia igitur prosperitas, et
calamitas est quædam temporis reuolutio, ideo cæli notitia
non est in hoc sita; deinde quia litamen, quod
fit Cælo, est externus cultus; ideo cæli seruitium non totum
per hoc expletur: denique quia rogare Spiritum gignentem
ac destruentem / nempe bona temporalia &c. / est
quid uacuum, ideo uitæ suæ institutio juxta cæli prouidentiam
non ab hoc pendet. Quin imo hoc etiam est quærere
in corporis, cordis, naturæ, cælestis Legis ueritate,
F.f. — ueram intimæ hominis cum cælo unionis rationem. — Deinde
paulo infra sic: Quidquid uel aduersum, uel prosperum
homini in hac uita accidit, nihil est quod à Cælo
ut Domino, ac Rectore non dirigatur: atque hoc est,

quod dicitur reuolutionis temporis lex, sed in hac continetur
justum, ac rectum præceptum; dicitur justum ac rectum
quia bene, et recte agentes bonis cumulat; Licet uero bene
ac recte agentes malis etiam subinde premantur, non propterea
potest dici esse injustum, ac prauum.

24. — Quotidiana 4. libror. explicatio in libr. Immut. Medij, E.e. 24.
art. 26. sic: - hic textus libri carminum dicens, illa autem
cæli lex, proh! quàm arcane, quàm mysteriose semper uoluitur
sine intermissione! significat quod cæli agendi uia
assidue uoluens, et agens, in qua inest cæli Domini, ac
Rectoris præceptum, nec uoce, nec odore sensibilis, recondita,
profunda, mysteriosa, nullo umquam tempore suum
cursum sistat.

25. — In lib. Sentent. art. 9. hunc locum Confusius rarissime G.g. 25.
loquebatur de lucro, de prouidentia, de pietate, seu cordis
rectitudine, sic quotidiana 4. libr. explicatio: prouidentia,
seu cæli Lex complectitur rationem, et tempus, M.
seu temporis reuolutionem; iccirco est quid uehementer scibile,
ac comprehensu difficile.

26. — Quotidiana 4. libr. explicatio in lib. 2. Memcij cap. 3. H.h. 26.
sic: Dum aliquid naturaliter accidit, quod nullæ hominis
uires sibi accersunt, id dicitur cæli lex, quæ in ortu accepta,
mutari non potest. — Idem habet Cham Kiu chim.

27. — Interpres Çay Hiu chay in lib. sent. art. 9. sic: Cæli G.g. 27.
lex modo modo explicatur ut est ratio, modo ut est tempus — Ratio M.
est quid perfectissimum, subtilissimum, et explicatu difficile:
— quod ad temporis reuolutionem spectat, non potest omnis euentus H.h.
ita in illam reijci, ut debita hominis actio omittatur,
aut negligatur.

28. — Interpres Çay Hiu chay in lib. 2. Memcij c. 7. J.i. 28.
sic: - ista uox Lex, seu cæli Lex in posteriori articulo sumitur
ut est tempus, nimirum ut est omnino idem ac
uitæ breuitas, et diuturnitas — In priori sumitur ut est
ratio; iccirco comprehendit omne id, quod Cælum infundit —

29. Ll. 29°. – compendiosa lib. carmin. compilatio tom. ~~Siao ya oda~~
~~[illegible]~~ Que fum oda pao yu, sic: ò remotissimum, et
cæruleum; quod tibi propriam facis uirtutem amare homines,
quando tandem reuera efficies, ut expleto militiæ seruitio possim
agros colere ad alendos parentes, et patriam sedem tenere?

30. M. m. 30. – compendiosa lib. carm. compilatio tom. Siao ya oda
Hiam pe, sic: O cæruleum, cæruleum etc. ut supra in contx.

31. N. n. 31°. – Dictionarium in Littera Ki | aer, seu uitalis aura
citat doctorem chim sic dicentem – Inexhaustrix rerum
est uitalis aura.

32. O. o. 32°. – Lib. naturæ, et rationis breuis expositio tom. 1. art. Xin
hoa sic: – Spiritus est cæli uirtus etc. ut supra in contx.

33. P. p. 33°– Compendiosa lib. Carm. compilatio, tom. ta ya oda
fam, sic: Vox ista colere etc. ut supra in contextu.

34. R. – 34°. – Vera lib. mutat. ac product. expositio part. Xamchuen
art. 4: sic: Cæli ac terræ agendi uia prout apparet in
generationibus, et corruptionibus, idest in quo spiritus exis-
tit; id autem quo in debita sua natura constituitur, est
ratio.

35. C.c. 35°. Interpres Çai hiu chay in lib. sent. art. 9. sic: Cæli
lex prout est in cælo, est quid præstantissimum, et excellentis-
simum, et iccirco uocatur ratio, uocatur subtilissima, ac
simplicissima perfectio :– Dein paulo infra: ista cæli lex
uox, id est, cæli uia, seu ratio assidua practica, et rebus
indita. –

36. G. 36°. – Liber naturæ et rationis breuis expositio tom. 3. art. ti-
en uen citans doctorem chim, sic: Cæli; ac terræ uirtus,
est uacuum; suma bonitas dicitur uacuum – Cælum ac
G. – terra ex interno uacui orta sunt.

37. – H. – 37°. – liber naturæ, et rationis breuis expositio tom. 3. art
Chim chum xu, citans doctorem cham sic: primum uacu-
um est cæli ueritas, seu realis, et uera cæli existentia: om-
nes res à primo uacuo accipiunt id quod sibi sufficit; imo
et ipse homo a primo uacuo ortus est – primum uacuum
est uera cordis | nempe cordis cæli | realitas, et existentia.

38.° – quotidiana 4. librorum explicatio in libr. sent. art. 5.
ad hunc locum: Singularem magistri nostri Confucij modestiam, gra-
uitatem, facundiam, quilibet discipulus potest percipere; sed
eum de natura, et cæli agendi uia disserere uix, aut ne uix
quidem audire licet, sic ait: quod attinet ad pietatem, æ-
quitatem, honestatem, intelligentiam, quam in ortu accipi-
mus, | nempe inchoatam | id uocatur natura: quod autem at- C.c.
tinet ad illam primam, seu magnam communicatiuam, di-
rectiuam, perfectiuam virtutem, quæ in arcana, ac mys-
teriosa caligine uoluens assidue agit, hoc uocatur cæli uia
seu cæli agendi uia.= naturæ ac cæli ratio habet etiam suũ
cursum uisibilem, in quo se spectabilem prodit; sed pro-
fundam ejus subtilitatem, perfectissimumque mysterium, ni-
si fuissent discipuli ualde capaces, nulli solebat exponere
Confucius.

39°. – Interpres Cham Kiu chim in libr. 2. Memcij c. 7. sic: L 39.
quamuis hominum uitalis aura, et corpus sit idem: di-
uersitas tamen conditionis, et alimenti diuersitas et hoc
et illam diuersam reddit: dum quis enim in sublimis
conditionis gradu existit, mox spiritus uitalis aura
ob illum conditionis locum sese immutat, et perfectiorimo-
do se prodit. – Dum quis alimento delicatiori, et a-
bundantiori utitur, mox corporis species sese immutat,
et exterior forma ex se nouit totum suum nitorem implere.

窔遂遠。而無一時之止息。

25. 論語第九。子罕言利。與命與仁。日講。命兼理氣。其故甚微而難測。

26 孟子萬章上。日講。凡人力莫之召致而自然至者。是之謂命。稟受於有生之初。不可得
而移也。

27. 。蔡虛齋四書蒙引論語第九。命有以理言者。有以氣言者。理精微而難言。氣數又不可盡
委之。而至於廢人事。

28. 。蔡虛齋四書蒙引孟子盡心上。下章命字以氣言。與命之短長字正同。上章命字以理言。
故曰全其天之所賦也。

29. 詩經唐國風鴇羽。說約集解。悠悠蒼天以愛民為德也。果何時使我釋此王事。以耕田養
親而得其所也乎。

30. 詩經小雅巷伯。說約集解。蒼天蒼天。福善禍淫。理有不爽。其視彼驕人。庶乎有以抑遏沮
止之也。矜此勞人。庶乎有以扶持慰安之也。

31. 大宰稟氣字。程子曰造化不窮。蓋生氣也。

32. 性理標題卷一神化篇。神。天德。化。天道。德其體。道其用。一於氣而已。

33. 詩經大雅板。說約集解。敬字不必深求。

34. 周易正解傳上第四。天地之道。見於氣化之聚散者。皆鬼神之所在。而其所以為情狀者。
則理也。

35. 。蔡虛齋四書蒙引論語第九。命在天。最玄秘。故曰理曰微。 。命即天道之流行而賦於物者。

36. 性理標題卷三天文。程子曰。天地以虛為德。至善者虛也。天地從虛中來。

37. 性理標題卷三誠忠恕。張子曰太虛者。天之實也。萬物取足於太虛。人亦出於太虛。太虛者。心之
實也。

38. 論語第五。子貢曰。夫子之文章。可得而聞也。夫子之言性與天道。不可得而聞也。
。日講。至若仁義禮智。稟於初生之謂性。元亨利貞。運於於穆之謂天道。性天之理。亦有流行發
見之端。然淵微精奧。夫子非其人不傳。

39. 孟子盡心上。張居正。人之氣體本同。而居養各異。惟其居處在尊貴之地。則神氣為所
移易。而精采自覺其發揚。惟其奉養有豐厚之資。則形體為所移易。而容貌自覺其
充盛。

此心同也。此理同也。

21. 中庸第二十九。朱熹。天地者道也。○蔡虛齋四書蒙引中庸第二十九。天地者道也猶云天者理而已矣。

22. 性理標題卷三心。維天之命。於穆不已。所以為生物之主者。天之心也。人受天命而生。因全得夫天之所以生我者。以為一身之主。渾然在中。常昭昭而不昧。生生而不可已。是乃所謂人之心。其體卽所謂元亨利貞之道。具而為仁義禮智之性。

23. 孟子盡心上。日講。人之主宰乎一身者惟心。心乃人之神明。具衆理而應萬事。其體量至為廣大。人能充滿其量。使全體大用。無一毫之虧欠。則必由於知性。性者。心所具之理。卽事窮究。而洞然無疑。則理則而心之體全矣。夫此理在性為健順五常之德。在天卽為於穆流行之本。非有二也。能知性則性所從出之原。亦融會貫通矣。知天何事外求哉。君子達天之學知此。心固當盡。而又貴有以存之。心之出入無時。必常操而不舍。一動一靜。不使奪於外誘之私。性固當知。而又貴有以養之。性之純然不雜。宜常順而不悖。勿忘勿助。不使違乎自然之則。心與性。皆天之付於我者。存養如此。則天理常存。卽所以奉承乎天而無違也。君子事天之學如此。然使知天事天。猶不能不惑於殀壽之故。而脩身之學怠焉。非仁智之盡也。惟盡心知性。至於洞徹之極。而殀壽不以貳其心。存心養性以脩其身。而俟夫命之自至。則天所付於我之理。毫無虧欠。而命自我立矣。豈非知天事天之全功乎。人主繼天立極。時與天命相陟降。惟當格物致知以窮理。存心養性以脩身。與天地合其德。又何天之不可知。何天之不可事。何命之不可立哉。故機祥禍福數也。而知天不在乎是。郊壇享祀文也。而事天不盡乎是。禱祀鬼神。妄也。而立命不繫乎是。夫亦求之於身心性命之實。天人合一之理而已矣。

○凡人之生。吉凶禍福。遭遇不同。莫非天之所主宰。是謂氣數之命。然其中有正命焉。為善而獲福。固謂之正。卽為善而或蒙禍。亦不可不謂之正。

24. 中庸第二十六。日講。維天之命。於穆不已。言天道運行。其帝命所存之處。無聲無臭。幽

忽然黑窋窋的而為夜。忽然凍膚裂指而為寒。又忽然流金爍石而為暑。風雲雨露之屬。忽然而至也。莫知其從何而來。忽然而止也。又莫知從何而去。人物忽然而動。又忽然而止。忽然而生。又忽然而死。凡此皆鬼神之為也。氣機默運。自往自來。自屈自伸。人孰得其形迹而執之哉。　。如今天地之覆載。日月之照臨。四時之代序。風雲雨露之變化。皆可見可聞者。若指此以為鬼神則不可。此等乃鬼神之迹也。鬼神則是氣機之往來。默運於其中者。誰得而見之。誰得而聞之。然鬼神雖不可見聞。但就物上觀之。則物之所以始者。陰陽之合也。神之伸也。物之所以終者。陰陽之散也。鬼之歸也。是物之始終。皆鬼神之所為。鬼神固無物不體。無所不在矣。道之不可須臾離也。於此可見。　。以一歲言春夏為陽。秋冬為陰。凡一歲之始終。莫非鬼神之所為也。以一日言之。晝為陽。夜為陰。凡一日之終始。無非鬼神之所為也。又如人物之始生。草木之方榮。陰陽氣合之所為也。人物之死。草木之枯。陰陽氣散之所為也。又無非鬼神所為也。　可見鬼神之無物不體。

。鬼神雖無形也。而有以形天下之形。又併其形而反之。雖無聲也。而有以聲天下之聲。又併其聲而收之。故曰物之終始。莫非陰陽合散之所為也。

13. 周易正解說卦傳第六朱熹。朱子曰。雷風水火山澤。自不可嗔做神。其所以動所以撓者。是神也。　。鄭康成云。共成萬物。不可得而分。故合而謂之神。

14 易經說卦傳第一。昔者聖人之作易也。幽贊於神明而生蓍。

周易正解。神明即指天地之化育。不曰化育而曰神明者。自其主宰運用者言。蓋一闔一闢而運用莫測者神明也。

15 。蔡虛齋四書蒙引中庸第二十六。天地之道。亦兼內外言。即曰天地有性有情。化工運行。皆有主宰處。故曰神曰化。安得為不兼內外。

16. 周易正解恒卦。天地之道。無極太極。一之而為神者。固皆純粹之精。

17. 周易正解傳上第五。神即道之妙。非道之外。別有所謂神也。　。言道寓於陰陽之中。而超乎陰陽之外。不離於陰陽。而亦不雜於陰陽。非若物之膠於一定。而可以形求者也。

。林次崖曰。此是就一陰一陽之道上見道之無所不在。而贊其為神。

18. 禮記第二十七。孔子遂言曰。內以治宗廟之禮。足以配天地之神明。出以治直言之禮。足以立上下之敬。

19. 易經。日講渙卦。故敬天尊祖。自展仁孝之思。而天下之心。已知天神無二主。不敢以下而犯上。知人物無二本。不敢背死而忘生。

20. 。蔡虛齋四書蒙引第二十九中庸。三重合乎理。則合乎天地。天地惟理而已矣。合乎理則亦合乎鬼神。鬼神亦惟此理而已矣。合乎三王。三王亦惟理而已矣。

。人得天地之氣。則具有天地之理。吾之理。即天地之理也。天地一鬼神也。　。人同此心。心同此理。萬古一理。千聖一心。所謂百世之上。有聖人出焉。此心同也。此理同也。百世之下。有聖人出焉

1. 。蔡虛齋四書蒙引大學。愚意天地間元無無氣之理。亦無無理之氣。但自造化言。則氣分
爲二。而理兼有二。實能主宰斡運之。所謂一故神者也。故理尊於氣。而得太極之名。是
亦可先言理後言氣耳。　。愚謂天地間無懸空之理。此處雖先言氣。後言理亦可也。
2. 周易正解乾卦。夫此四德之流行。乃乾之化也。一元之統體。乃乾之神也。
3. 字彙化字。造化天地寒暑晝夜。皆造化所爲也。　又氣化。天形化。又神化。神。天德也。化。天
道也。神。理也。化。氣也。理雖不雜於氣。而實不離於氣。故化之所運。卽神之所在也。
4. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。一氣孔神兮。於中夜存虛以待之兮。無爲之先。庶彙以成兮。
5. 。蔡虛齋四書蒙引盡心上。太虛卽太極之謂。虛者不雜於氣之名。形而下者謂之氣。則皆是
寔物。惟理則虛。
6. 。蔡虛齋四書蒙引告子上。朱子曰。生之謂氣。生之理之謂性。　。愚謂生之謂氣無不同也。生之理
之謂性則有不同矣。然要之人與物。氣有不同。性因有異。
7. 孟子告子上。朱熹。生者。人之所得於天之氣也。
8. 中庸第三十一。凡有血氣者。莫不尊親。
9. 孔子家語哀公問政第十七。魂氣歸于天。此謂神。
10. 禮記孔子閒居第二十九。地載神氣。
11. 易經傳上第五。朱熹。陰陽迭運者氣也。其理則所謂道。
12. 。蔡虛齋四書蒙引第十六。中庸。甚矣鬼神之不測也。且如天地間。忽然光亮亮的而爲日。又

Sectio 4.ª

Definitio, diuisio, proprietas Spiritus juxta Sinas Authores, maxime Recentiores.

Quamuis Authores Sinici frequentissime de Spiritu loquantur, imo in Spiritus naturâ totam suam et substantiam, et uirtutem fundent; nihil tamen adeo obscure, adeo confuse, et implexe, quàm Spiritum explicant. Vnde cum non possent satis exprimere absolutissimam ejus perfectionem et intelligentiam, indiderunt ei nomen maxime excellens, iussusque palam uocari quei xin, nempe Spiritus destruens, et gignens — A — de quo juxta illos accipe hæc pauca. —

Dico 1º quod ad Spiritus definitionem attinet, hæc est uaria — 1º sic: Spiritus est id quod nec quiete yn, nec motu yam potest comprehendi. — B —; dum enim se mouet, quiescit; dum quiescit, se mouet: sed in isto motu quieti mixto, et in ista quiete motui mixta, et motum, et quietem numquam non habet — C — nempe diuersimode | Spiritus est agendi uis excellentia, seu illa alternantis quietis yn, et motus yam uia, uel ratio practica quatenus incomprehensibilis, est Spiritus, D; — Denique Spiritus est quid incomprehensibile, et ineffabile — E. — 2º. Sic: Spiritus est id quod omnes res longe transcendit, et omnes res mire perficit — F... — nec separatur a re sensibili, nec in illa includitur; et quia omnes res longe transcendit, ideo ad omnes se extendit. — Dum dicitur quod quinque prima principia uniuersalia sint tantum una quies yn, et motus yam; et una quies yn et motus yam sint tantum unus Tay Kie, seu primus rerum terminus; per hoc exprimitur Spiritus quatenus est substantia omnes res longe transcendens. — Dum dicitur quod quinque cæli temperies, | scilicet tempus tempus pluuium, serenum, calidum, frigidum, uentosum | obsequenti directione sibi inuicem succedant; quatuor anni tempestates Stata uicissitudine uoluantur; ens sine termino, quies yn et motus yam, quinque prima principia uniuersalia excellentissimo modo unionem faciant; per hoc exprimitur Spiritus quatenus est causa omnes res mire perficiens. — G. — 3.° sic: Spiritus destruens, ac gignens est duplicis uitæ, nempe operationis uitalis, naturale principium, aut facultas: quatenus enim Spiritus destruens, est quietis yn intelligentia; quatenus Spiritus gignens, est motus yam intelligentia: siue quatenus uenit, aut se extendit, aut se comunicat per rei productionem, dicitur xin seu Spiritus gignens; quatenus redit, et se colligit, aut desinit se comunicare per rei destructionem, dicitur quei, seu Spiritus destruens — H. — Vnde nota- ista uox naturale non sumitur hic prout opponitur libero, sed prout opponitur uiolento; adeoque et uoluntarium, et liberum potest esse naturale. — J. ——— 4.° sic: Spiritus est cœli, ac terræ ratio effectiua, seu rerum effector, prout dat esse, aut desinere. — K. _ dicitur ratio effectiua, quia uenit, et se extendit, causando rei esse; redit, et se colligit, causando rei desinere. — L. —— atque ita quatenus ratio effectiua, seu duplex causa effectiua, seu quatenus quid duplex, dicitur quei xin, nempe Spiritus destruens, ac gignens - quatenus substantia omnes res longe transcendens, seu quatenus unica causa Spiritus / intellige causa in actu primo / aut quatenus unum quid spirituale, dicitur tantum xin nempe Spiritus. - Vnde dum dicitur ista uox xin prout opponitur uoci quei idest Spiritus prout gignens, Spiritui prout destruenti; tunc partialiter, et inadæquate sumitur; dum autem tantum, et solitarie, dicitur xin sine respectu ad quei tunc potest idem intelligi ac Tay Kie, seu primus rerum terminus. — M. —— hinc insuper habetur quod hominis anima dum unitur corpori, dicitur xin, seu Spiritus.

— N. — dum separatur à corpore dicitur quei, seu Manes, O. — quamuis post separationem à corpore etiam sæpissime uocetur adhuc nomine pristino xin — P. — Vnde ulterius habes quod ista bina uox quei xin possit applicari cœli, ac terræ Spiritui; hominis Spiritui; aliarum rerum, in quibus agit, aut præest, Spiritui — Q. — Cur autem illi Sinici Authores adeo operose aut per effecta sensibilia, aut per abstractionem à re sensibili, aut per rationem incomprehensibiliter actiuam explicent naturam spiritûs; illud ideo uidentur facere, ut non putentur loqui de falsis idolorum Sinensium Spiritibus. — R. — Itaque in his omnibus Spiritûs definitionibus, seu potius descriptionibus, uides Sinas per uocem Spiritus intelligere ens, uel causam aliquam ~~simplicem~~ insensibilem, immaterialem, abstractam à re sensibili, et humana mente incomprehensibilem. —

Dico 2. — Spiritus juxta illos sic diuiditur: 1.° est cœli, ac terræ Spiritus — S — 2.° agrorum, frugum, montium, fluminum, et omnium specierum Spiritus — T. — 3.° est domûs Spiritus: hunc quintuplicem enumerant — V — 4. est hominum uiuentium Spiritus; hic subinde de solo hominis animo intelligitur. — X — subinde de ipso homine spirituali, et interiori: uir qui interiori, et imperceptibili uirtute, uel acutiori simul mentis perspicacia multum excellit, hic dicitur uir spiritualis — Z. — de hoc spiritu sat sæpe agit liber mutationum, ac productionum, nempe de Spiritu, seu intellectu penetrante principis Fo hi, uen uam, Cheu Cum &c: qui inuenerunt, explanarunt, tradiderunt istam mutationum, ac productionum, seu causarum naturalium doctrinam, per symbola ænigmatica repræsentatam. — W. — Vnde et ipsammet doctrinam uocant spiritualem, seu Spiritum; nimirum ab acuto hominis intellectu, aut Spiritu qui illam inuenit, ac tradidit; partim ab ipso naturæ Authore, cujus actiones, et effecta continua, ut passim sentiunt Sinæ, per illam indicantur, et et explanantur. — Y — imo et ipsos pullulantissimæ herbæ Xi calamos, quibus vario ordine dispositis, ac enumeratis adaptant ista symbola, et symbolorum partes ad videndum utrum ejusmodi conjunctio, ac variatio indicet rem rectæ rationi consentaneam, necne.? etiam vocant spirituales, et ipsam herbam xi rem spiritualem. — Z a. — nimirum instrumentaliter, seu instrumentum, quod spiritualis hominis intellectus disposuit, et adhibuit ad indicandam rem a spirituali hominis ratione vel faciendam, vel omittendam, vel prosequendam, vel fugiendam, — B. b. — quemadmodum siquis artificium algebræ, quod adhibetur ad eruendam radicem quadratam, aut non quadratam, vocaret spirituale; intelligeret utique spiritualis intellectûs artificium. — 5.º est hominum defunctorum spiritus, seu Manes: hoc modo prisci illi homines, qui optime de imperio, ac republica meriti fuerunt, ideoque olim illis libabatur, vocantur Spiritus — C. c. — nimirum quinque celebres Imperatores, et Imperatorum quinque ministri famosi. — D. d. — et certe 1.ª Petri 3.º — Homines defuncti in limbo existentes vocantur Spiritus sic: His, qui in carcere erant, Spiritibus veniens prædicavit: ita etiam Avorum, et parentum manes vocantur Spiritus. . Jam vero cum recentes Sinæ, qui virorum Litteris excultorum doctrinam profitentur, passim dicant, hominis animam post mortem interire, aut dissipari, — E. e. — illosque esse Sectarios, qui illam asserunt ad suum principium et originem redire, nihilque posse de hac re discuti; certe frustra, et male cohærenter inquirerem, ecquas illa post mortem qualitates, ecquas proprietates habeat? de hominis autem viventis anima, seu spiritu, ecquas qualitates, ecquas proprietates, in vita habeat? dicetur postea in tractu Ethices Sinicæ. — Nunc ergo restat, ut inquiramus, ecquas qualitates, seu ecquas proprietates illi Spiritus, qui numquam intereunt, aut dissipantur, habeant. G. g. — Itaque.

Dico 3.º — Spiritus proprietates sunt hæ præcipuæ: 1.ª est incorporeitas, qua nec figuram, nec vocem habent. — H. h. — 2.ª est imperceptibilitas, qua nec ab oculis videri, nec ab aure audiri possunt. J. i. 3.ª est ~~[illegible]~~ perspicacitas, qua non potest decipi. — K. k. — 4.ª est rectitudo, qua non potest adulando perverti. — L. l. — 5.ª est æquitas, qua bonis bona, malis mala affert. — M. m. — 6.ª est Scientia, qua cognoscit res obscuras, et reconditas; ad quas nec auris, nec oculus, nec hominis animus pertingit, imò vel minimam cogitationem cognoscit — N. n. — 7.ª est maiestas, qua peccatis vilipenditur. — O. o. — 8.ª est inaccessibilis caligo, seu invisibilis actio, qua suos effectus producit, ac sensibiles reddit. — P. p. — Ideoque summa facultas eum cognoscendi: quocirca sufficit, inquiunt, Spiritum colere, nec oportet nimium profunda perscrutatione illius naturam investigare. — Q. q. — magnaque est cæcitas adulatorio cultu petere aliquid ab eo, qui non potest nosci: unde homo debet tantum in id incumbere, quod ejus conditio, officium, et recta ratio ab eo postulat: Quod autem attinet ad Spiritum, sufficit reverentiam ei exhibere ad servitium, nec oportet propinquiori accessu illum vilipendere, nec importuna adulatione, et oratione illi litare ad postulanda bona, nempe temporalia; nam de cæteris vix, aut ne vix quidem reperias ab illis Sinis fieri mentionem. — R. r. — En quo tota Spiritûs notitia, quam habent, recidit. Sed de hoc infra.

Nunc aliquis forsan objiciet: hic dicitur unicus esse cœli, ac terræ Spiritus: nuper tamen audivi Sinas litare Cœlo Regi, ac Terræ Reginæ; quid! Vide quæso, qui hæc objicis, te prius, ut memini, dicere Sinas esse Atheos, ideoque hucusque illud impugnavi, jam vero facis Idololatras; nam Rex cælum, et Regina Terra non minus sunt idola, quam olim Cybele, et Cælus seu Cælum. sed ut objectionem solvam, sequentem anecto sectionem.

Textus Librorum.

1. A. 1. – In librum Rit. art. 24. agens de Spiritu sic Interpres Chin has ob abstrusissimam ejus præstantiam, et intelligentiam occultari nesciam, inditum est illi nomen maxime excellens, jussusque palam vocari queixin seu Spiritus destruens, ac gignens, ut esset totius imperij norma, ac regula. – hinc omnes ~~nacthas~~ norunt quem venerentur, nec audent eum aspernari, norunt cui subsunt, nec audent ei adversari.

2. B. 2°. – Lib. mutat. et prod. part. xam chuen art. 5° sic: Id quod nec quiete yn, nec motu yam potest comprehendi, dicitur Spiritus.

3. C. 3°. Lib. naturæ, et rationis brevis expositio tom. 1. art. tum cim sic: quod dum movetur, non quiescit; et dum quiescit non movetur, istud est Spiritus: attamen in isto motu quieti mixto, et in illa quiete motui mixta et quietem et motum nunquam non habet. – res corporea ad multa non se extendit; Spiritus autem omnia transcendit, ac perficit.

4. D. 4°. – Vera lib. mutat. ac prod. expositio part. xam chuen art. 5°. sic: in omnibus articulis supradictis ubi continetur unius quietis yn, et unius motus yam Spiritus incomprehensibilis; Spiritus enim est ipsa Rationis excellentia, non sic tamen, ut extra rationem habeatur aliud diversum, quod vocetur Spiritus. – Et paulo infra: illa alternantis quietis yn et motus yam Ratio dum exprimitur ut est incomprehensibilis, dicitur Spiritus.

5. E. 5°. – liber naturæ, et rationis brevis expositio tom. 1. art. xin hoa: Spiritus est cæli virtus; actio, productio est cæli via; virtus, substantia, via, usus; utrumque cum vitali aura unum: Ens abstractum à materia, quod potest verbis exprimi, habet aliquid per quod possit repræsentari: Spiritus autem est aliquid incomprehensibile; iccirco non adeo urgetur illius explicatio; verba enim non suppetunt ad eum penitus explicandum: illius actio, seu productio, est aliquid scitu, et penetratu difficile; iccirco magnopere urgetur ejus explicatio; sed verba nec suppetunt ad eam revera, ut est, prorsus explicandam.

6° Lib. mutat. ac product. parte xue qua art. 6. – Spiritus est id quod omnes res &c. ut supra in contx. F. 6°.

7°. – lib. naturæ, et rationis brevis expositio, tom. 1. art. tum cim: res corporea uni parti adstringitur; Spiritus vero nec à re corporea separatur, nec in illa includitur; in motu habet quietem, et in quiete habet motum – Res quæ uni parti adstringitur, non potest ad multa generaliter se extendere; Spiritus autem quia omnes res longe transcendit ideo ad omnes generaliter se extendit: – dum dicitur quod &c. ut supra in contx. G. 7°.

8°. – Interpres Chu hi in lib. Imut. Medij art. 16. citans doctorem Cham sic: Spiritus destruens, et gignens, inquit doctor Cham est duplicis auræ naturale principium, vel facultas: ego autem ~~ut~~ arbitror sic hoc explicandum. si exprimantur per duplicem auram spiritus destruens, ac gignens; Spiritus destruens est quietis yn intelligentia; Spiritus gignens motus yam intelligentia: – Si autem per unicam auram; Spiritus veniens, et ~~rediens~~ se extendens, est Spiritus gignens; Spiritus rediens, et se colligens, est Spiritus destruens; reapse vero una, et eadem res, sive unum, et idem quid. H. 8.

9°. – Mencius lib. 2. cap. 7. sic: quod homo sine studio potest agere, id habetur ex naturali ejus agendi facultate; et quod sine cura potest intelligere, id habetur ex naturali ejus ~~ittgendi~~ facultate ^ intelligendi facultate ^. I. 9.

10. – Interpres Cay hiu chay in lib. imut. medij art. 16. sic Spiritus destruens, ac gignens, inquit doctor Chim est Cæli ac terræ opera, rerumque effectoris vestigia | nempe sumpta per metonymiam, effectus pro causa, ut patet ex ipso Tex-

R. tu, et interpretatione sic, et alibi.) Doctor Chim ueritus
ne Litterarum Alumni Spiritum inquirerent in quadam ob-
scura, et recondita patria; ideo dixit Cæli; ac terræ opera, re-
rumque effectoris uestigia; uestigia, inquam, quia Spiri-
tus per hæc nonnihil se prodit uisui nostro, et auditui;
proprius enim, et originalis hujus loci sensus est, quod
Spiritus destruens, ac gignens nec uideri, nec audiri possit
sed ita corpora penetret, ut ab eis non separetur – Hæc
uerba – Cæli ac Terræ opera idem significant, ac hæc, re-
rum effectoris uestigia. – Hæc uerba – Rerum effector
indicant cælum, ac terram, ut id ipse agit, efficere uel
causando rei existentiam, uel causando rei desitionem: pri-
mum est rem transferre à non esse ad esse; 2m. est rem
transferre ab esse ad non esse. – (Deinde paulo infra
sic: Interpres Cim cham triplicem supradictam Spiritûs des-
truentis, et gignentis explicationem à doctore chu hi re-
censitam in unam complectens: Spiritus inquit, destruens ac
gignens, cæli ac terræ opera, duplicis auræ naturale princi-
pium, dum uenit et se extendit, dicitur Spiritus gignens;
dum redit, et se colligit, dicitur Spiritus destruens, . – De-
G. – inde sic – Istæ uoces Spiritus destruens, ac gignens compre-
hendunt cælum, terram, homines, et alias res: quies yn, et mo-
tus yam non sunt Spiritus destruens, ac gignens; sed princi-
pium quietis yn, et motus yam ualens se colligere, et ex-
tendere, abire, et uenire; id dicitur Spiritus destruens,
ac gignens, quia ipse est uitalis auræ uis motrix, causans
motum, et quietem; ideoque dicitur duplicis auræ, seu
duplicis uitæ 2a. naturale principium, quietis yn intelli-
gentia, motus yam intelligentia; cælum enim ac terra
sine mente res efficiunt: – quod autem quies yn, et
motus yam habeant istam intelligentiam, est quia pri-
mus rerum Terminus, dum se mouet producit modum
yam, motu absoluto quiescit; quiescendo producit modum yn;
quiete absoluta, rursus se mouet; atque ita alternans

unus motus, et una quies est mutua istius modi yn, et yam o-
rigo, et principium. – Atque hinc est cur modo abeat, modo ue-
niat, modo se colligat, modo se extendat (nempe ista intelli-
gentia seu Spiritus) inexhausta uicissitudine; idest quod uo-
cant duplicem causam effectiuam. – Hoc modo scis ab ista
duplici causa effectiua ita omnes res penetrari, ut ab ea
non separentur; nihilque præterea latet. – Rursus paulo in-
fra sic: parua Doctoris chu hi interpretatio; Spiritus, inquit,
dum dicitur Cæli; ac terræ opera, id tantum intelligitur de
rebus, in quibus se spectabilem prodit, v.g: hæ res: frigore
adueniente, æstas abit; sole abeunte Luna uenit; uere nata
æstate adolescunt. – Rursus eadem sic ait: Ventus, pluuia,
pruina, ros, sol, Luna, dies, noctes, sunt Spiritus uestigia.
– doctor chu hi his uerbis præcipue indicat se illa assu-
mere ad demonstrandum hominibus, quomodo in animo in a-
nimo secum possint Spiritus destruentis, ac gignentis locum
attingere, ac scire. – Si enim illa enumerata, pro ipso
Spiritu destruente, ac gignente assumerentur, jam ille pos-
set uideri, et audiri, (contra ipsummet textum) deinde
sol, Luna, uentus, et pluuia, ac similia quomodo incipiunt
esse per conjunctionem? – Sol ergo, luna, uentus, pluuia,
et similia, sunt etiam res, quæ à Spiritu destruente, et
gignente penetrantur.

Iterum paulo post sic: dum per conjunctionem quietis yn
et motus yam incipit res habere suum esse, qui efficit ut
incipiat ista res habere suum esse, est Spiritus se extendens
seu se comūnicans; dum per disjunctionem quietis yn, et mo-
tus yam desinit res habere suum esse: qui efficit ut ista res
desinat habere suum esse, est Spiritus se colligens, et rediens:
– et hoc est quod textus dicit eum ita in omnes res penetrare,
ut ab eis separari non possit.

Nota: iste modus loquendi, Conjunctio quietis yn, et motus
yam; et disjunctio quietis yn, et motus yam, ut reducatur ad
nostrum modum loquendi Europæum, quamuis subinde posset u-

utrumque intelligi de conjunctione, et disjunctione materiæ, et formæ; tamen generalius, et uniuersaliter loquendo, uidetur intelligendus de transitu à non actione, seu quiete, ad actionem, seu motum. — dum transitur à non actione ad actionem, itaut ex non esse rei fiat esse rei, tunc dicitur conjunctio; quia nimirum uel unitur materia cum forma; uel natura cum subsistentia; uel subjectum cum accidentibus. — dum transitur à non actione ad actionem, itaut ex esse rei fiat non esse rei tunc dicitur disjunctio; quia nimirum ista disjunguntur: istæ enim uoces yn et yam in generalissima sua significatione ut jam patet ex dictis, et infra magis adhuc patebit, nihil aliud significant, quàm quietem uel negatiuam, uel positiuam; seu cessationem, aut conseruationem; et motum, seu sequentem actionem; seu potius modum ex hac quiete, ac motu resultantem, seu relationem transcendentalem: deinde juxta Philosophos, omnis actio successiua admittit quasdam morulas, seu quietem, itaut post primam actionem fiat parua quædam morula, et post morulam altera numero actio; et post actionem altera numero morula; et sic deinceps — atque cum hoc modo agendi ista alternans quietis yn, et motus yam reciprocatio Sinica, seu productio, habet quandam affinitatem, aut fortasse est eadem quoad rem.

11. 11°. — Çay hiu chay in lib. Immut. Medij art. 29. sic: Cum doctor Chu hi dixisset, spiritus destruens, ac gignens est rerum effectoris uestigia, et postea dicat spiritus destruens, ac gignens est summopere absconditus, et scitu perdifficilis, utrumque unum, et idem est; illa enim uox uestigia uult tantum indicare quod spiritus destruens, ac gignens se extendat, et se colligat, ueniat, et abeat; non uero uult dicere eum esse aliquid sensibile, quod possit uideri, et audiri.

12. 6 12°. — Vera lib. Mut. et product. explanatio parte Xam chuen art. 4. citans Interpretem Çay hiu chay, Superiora, et inferiora, meridies, et septentrio, alta et profunda, sunt tantum productionis terrestris, et cælestis uestigia, non sunt ejus causa, causa est ratio, per quam res sic fit. — Et paulo post: istæ duæ uoces vita, et mors intelliguntur de homine, et aliis rebus; hæ autem duæ quei xin ~~est illud cur homo, et aliæ res moriuntur, et uiuunt~~ seu spiritus destruens, ac gignens intelliguntur de rerum effectore — Mors et uita id est hominis, et aliarum rerum mors, et uita. — quei xin est illud cur homo, et aliæ res moriuntur, et uiuunt. — Rursus paulo infra: terrestris, et terrestris productionis, uel productionum, mortis et uitæ, spiritus destruentis, et gignentis ratio, seu essentia est quid penetratu difficillimum.

13°. — Interpres Çay hiu chay in lib. Immutab. Medij M. 13.
cap. 18. sic: Dum dicitur spiritus Cæli et terræ opera exprimitur spiritus destruens, ac gignens ut est duplex causa effectiua, / nempe generationis, et corruptionis in actu 2°. / dum dicitur ens longe transcendens, et mere actiuum, ac perfectiuum, exprimitur spiritus ut est unica causa spiritus, / nempe causa in actu 1°. / — dum dicitur uox xin prout opponitur uoci quei idest spiritus gignens prout opponitur spiritui destruenti, tunc partialiter, et inadæquate sumitur; dum autem solitarie et tantum dicitur xin sine respectu ad quei tunc potest idem intelligi ac Tay Kie, seu primus rerum terminus.

Nota: sic forte posset explicari, quod tamen fere ad idem redit: dum dicitur spiritus Cæli ac terræ opera, exprimitur spiritus destruens, ac gignens, ut est quid duplex, / siue ut continet quietem yn, et motum yam / idest efficiens, [nempe generationem, et corruptionem per istam quietem yn, et motum yam]: dum dicitur ens longe transcendens, et mere actiuum, ac perfectiuum dicitur spiritus ut est quid unicum [nempe abstractum ab omni re sensibili, a quiete yn et motu yam] ideo spiritus. — Prior tamen explicatio uidetur et nitidior, et conformior citationibus supra relatis.

14. Interpres Çay hiu chay in lib. 2. Memcij cap. 7. sic: dum

X. explicatur cor, dicitur hominis spiritus intelligens.

15. G. 15.° – lib. Rit. art. 23. quidquid in mundo uiuit, accipit certam et suæ uitæ, et status legem; ita omnes res ubi intereunt, dicuntur destructæ – homo autem, ubi interit, dicitur spiritus rediens, nempe Manes – tum ibi Interpres Fam alludendo ad litteram quei idest spiritus rediens et ad aliam litteram quei ~~rediens~~ idest redire, sic ait: dum homo dicitur spiritus rediens, per id significatur ipsum habere quò redeat.

16. P. 16.° – Interpres Chu hi in lib. carm. tom. ta ya oda Ven uam sic ait: Defuncti principis Ven uam spiritum sursum exitere, et clare in cælo splendescere.

17. Q. 17.° – Interpres Cham kiu chim in lib. sentent. art. 8. sic: spiritus abiens, et ueniens, se colligens, et se extendens, seu se cõmunicans, comprehendit et spiritus cæli, et spiritus terræ, et hominis Manes.

18. S 18.° – Lib. Rit. art. 3. – Imperator litat cælo, ac terræ (idest spiritui) Regulus agrorum, et frugum spiritui: – Imperator litat celebrioribus Imperij montibus, ac magnis fluminibus – Regulus celebrioribus montibus, ac magnis fluminibus in sua ditione positis.

19. T. 19.° – Lib. Rit. art. 5. – Si montium, et fluminum spiritibus non litetur, contra reuerentiam peccatur.

20. T. 20. – Lib. Annal. Imper. cap. xun tien: deinde litatur cæli Domino, ac Rectori, astris, aeris temperiei, montibus, fluminibus (idest eorum spiritibus): denique omnium spirituum multitudini.

21. V. 21.° – lib. Pe hu tum tom. 1. cap. u su: quanam sunt ista quinque litamina? R. sunt ea quæ fiunt spiritui domûs, portæ, cubiculi portæ, putei (Lib. Rit. art. yue lim loco putei ponit uiæ) domus meditullij, foci.

22. Z. 22.° – quotidiana 4. lib. explicatio in lib. 2. Mencij cap. 8. sic: qui tam subtili, pura, integra, et quamuis admirabilium operum effectrice, ita tamen ab omnibus ~~sensibilis~~ remota sensibus, ut percipi, ac comprehendi non possit, uirtute excellit, hic dicitur uir spiritualis.

23.° – Lib. mutat. ac product. part. Chuen hia art. 5. sic: an non uir uere spiritualis ille, qui intimas rerum tendentias cognoscit – ad quem locum uera hujus libri expositio, sic: nulla in mundo res est, inquit Confucius, quæ intimam aliquam specialem tendentiam non habeat; qui illam potest cognoscere, an non is uere uir spiritualis, ac intelligens est? Z. 23.

24.° – Vera lib. mutat. ac product. expositio part. xam chuen art. 10. Sũma perfectio, sũma mutatio, et sũma spiritualitas, est practica libri ĩmutationum, ac productionum doctrinæ ratio; et hanc uir sapiens efformauit – deinde paulo post: illa figurarum symbolicarum mobilitas, est id, quo uir sapiens profundissimæ subtilitatis rationem exhausit; nimirum sũmam illam mobilitatem spiritualitate donando. W. 24.

25. – Vera libr. mutat. ac product. expositio part. Chuen xam art. 9. citans interpretem Çay hiu chay sic: ista uox spiritus inquit doctor Çay hiu chay significat in doctrina libri mutationum, ac productionum contineri rationem quæ illam spiritualem reddit: ut ~~sicut~~ cæli uirtus prima, seu magna, cõmunicatiua, directiua, perfectiua, noli uti, prodest et similia doctrinæ uerba: hæc enim suis regulis efficiunt ut homo in suis actionibus rectam sequatur rationem; hocque habetur ex numero symbolorum ænigmaticorum, eorumque partium numericarum uarie conuoluto – Hinc doctrina libri mutationum, ac productionũ habet quo uirtutis opus spiritualizet, seu ualde spirituale efficiat. Y. 25.

26. – Vera lib. mutat. ac product. expositio part. Chuen xam art. 4. Cum ergo hæc libri mutationum, ac productionum ratio practica, seu uia, sit tanta, tamque uasta, quomodo uir sapiens illam potuit ad usum reuocare? Respondeo: ista ratio practica est unica; sed prout diffunditur, ac Y. 26.

diuiditur in cælo, terra, et omnibus rebus, dicitur ratio; prout diffunditur, ac recipitur in hominibus, et aliis rebus, dicitur natura; prout continue semper agit in rerum effectore, dicitur Lex. – jam uero uir Sapiens potuit illam penetrare, et mente complecti. – Vnde sic refertur quomodo uir sapiens doctrinam mutationum, ac productionum ad usum reuocarit exhauriendo, et penetrando totam rationis amplitudinem. ——

27. A.a.ᵉ 27.° – Lib. mutat. ac product. part. Chuen xam art. 11. – Quocirca illa herba xi calamorum uario ordine, ac serie adaptatorum uis euadit spiritualis – deinde uera hujus libri expositio, sic: quamuis istius doctrinæ mutationum, ac productionum usus ad omnes mundi res se extendat; tota tamen illius ratio in mente sapientis reapse concludebatur; iccirco tantummodo habet istas herbas xi, symbola ænigmatica, et eorum partes numericas.

28. A.a. 28. – Liber mutat. ac product. part. Chuen Xam art. 11. sic – iccirco uir Sapiens, cum cæli uiam, seu cæli agendi rationem rite intelligeret, et populorum res attenderet instituit illam rem spiritualem ad promouendam populorũ utilitatem: ad quem locum uera hujus libri expositio, sic: Sapiens cum hujus doctrinæ rationem in mente conclusam teneret, postea eam exterius proditam adaptauit: isti herbæ xi et testudini, ut hoc modo cognitum illius doctrinæ usum possent populi in praxim deducere. Et paulo post, dum populi illo doctrinæ artificio utuntur, Spiritus |nempe artificij authoris spiritus| naturali populorum facultati claram indit intelligentiam; dum sapiens illo usus est, suus ipse spiritus naturali suæ facultati claram indidit intelligentiam.

29. A.a. 29. – liber mutat. ac product. part. Chuen xam art. 10. sic: doctrina mutationum, ac productionum cogitatione et actione caret. – ad quem locum uera hujus libri explicatio: istæ uoces inquit doctor Chu hi doctrina mutationum, ac productionum, hic indicant symbola ænigmatica, eorumq. partes numericas cum calamis herbæ xi in certum ordinem distributa – ethæ Cogitatione, et actione caret significant illa animo, mente, intentione carere —— Et paulo post: ista symbola cum calamis herbæ xi sic distributa, sunt quid deliberationis, et rationationis expers; ideo dicuntur cogitatione, et actione carere: dum dicitur cogitatione, et actione carere inquit doctor Çay hiu chay, id significat tantum, quod animo, mente, intentione careant, nempe ista doctrina, seu symbola.

30. – Quotidiana libri mutat. ac product. explicatio parte B.6.30.
Xamchuen. art. 11. sic: – quod attinet ad illam herbam xi est tantum una planta sicut aliæ; fac ut in uirum Sapientem non inciderit, unde sane nosceretur res spiritualis esse? Si enim intelligens, ac perspicax uiri Sapientis Spiritus illius artificium non instituisset, illaque non usus fuisset; ista res spiritualis semper res inutilis remansisset – qui sane illa herba xi ex se potuisset fieri spiritualis? iccirco ista res spiritualis, non aliquid spirituale; sed tantum post institutum á uiro Sapiente illius artificium, tunc factum est aliquid spirituale.

31. – Lib. Rit. art. 23. Prisci illi Imperatores et Scientia C.c.31.
et uirtute inclyti, sic litandi ritus, ac Leges instituerunt, ut iis, qui præclara uitæ, ac regiminis præcepta populis olim tradiderunt, litaretur; qui pro publica utilitate sollicitanda uitam profuderunt, iis litaretur; qui strenuis suis laboribus uacillantem imperij statum consolidauerunt, iis litaretur; qui magna populorum mala impedierunt, iis litaretur.

32. – Lib. Sermonum domest. Confucij art. 24. Cælum con- D.d. 32.
tinet quinque prima principia uniuersalia, aquam, ignem, metallum, lignum, humum, quæ circa uarias tempestates seruiunt ad rerum productiones, et mutationes; illorum Spiritus dicuntur quinque illi prisci Imperatores: – prisci illi Imperatores, quia mutando imperia, mutabant et imperij cognomen, repræsentabant ista prima quinque principia uniuersalia, quæ

alternatim præsident assiduis rerum generationibus, ac corruptionibus — Hinc Imperator Tay hao idest Fō hi, ligno; Imperator yen ti, idest xin num, igni; Imperator Hoam ti, humo: Imperator xao hao, metallo; Imperator chuen hio, aquæ comparatus est. — Et paulo post: — Ego, inquit præfectus Kam audivi principem Keu uam, ligni; principem cho yum, ignis; principem jo xeu, metalli; principem hiuen mim, aquæ; principem heu tu humi esse primarium præfectum: adeoq. sunt præsides istorum quinque primorum principiorum universalium: eccur igitur non vocantur etiam Imperatores? illæ quinque primariæ præfecturæ, reponit Confucius sunt tantum virorum quinque primis Spiritibus universalibus præfectorum nomina appellativa. — deinde paucis verbis interjectis: hi quinque præfecti juxta id, quod gerere valuerunt, unusquisque suum habet munus; dum vixerunt, erant primarij imperij ministri, post mortem sunt honorarij ~~ministri~~ Spiritus: alio nomine vocantur quinque litaminum Spiritus, non vero vocantur Imperatores.

33. D.d. 33° — In lib. Rit. art. 6. Interpres Chin hao agendo de Imperatore Fo hi ac primario Imperij ministro Keu uam sic: — Quia illi viri scientia, virtute, spiritualique perfectione absoluti, qui Cæli Legi obsequentes, verbo, et exemplo perfectæ disciplinæ normam tradiderunt, in vita sua optime de populo meriti sunt, ideo posteriores Imperatores verno tempore, illis Litare cœperunt; atque eadem est ratio de aliorum quatuor temporum Imperatoribus, et Spiritibus, nempe in præc. num. 32. numeratis.

34. D.d. 34. — In lib. Rit. art. 11. Interpres Chin hao agendo de Imperatoris xin num, et principis heu cie Manibus, et aliis, sic; quia vir Sapiens vult illis spiritibus de imperio optime meritis grates persolvere, ideo quærendo iis litat.

35. E.e. 35. — Interpres Çay hiu chay in lib. Sentent. art. 3. sic: quod quidem attinet ad cæli, terræ, montium, fluminum, agrorum
G.g. frugum, et similium vitalem auram | nempe spiritum | quæ ab omni ævo numquam corrumpitur, numquam desinit, simul atque ei litatur, eam revera litamen excipere, hoc certe verum est et rationi cohæret. quod vero attinet ad homines defunctos, ubi eorum anima in cælum, corpus in terram rediit, statim corrumpuntur, desinunt, et prorsus pereunt. — deinde paulo infra. — denique si res intime, ac profunde discutiatur, defunctorum suorum aura revera desiit, ac prorsus periit. —

36°. — Interpres Çay hiu chay in lib. Immut. medij art. 16. F.f. 36
sic: quod quidem attinet ad Spiritus adventum | nempe in hominis generatione | oportet fateri verum et realem esse; quod vero attinet ad reditum, si verborum sensum ad literam sequaris, tunc erit id, quod Sectarij asserunt, illum ad suum principium, et originem redire, qua de re nihil potest discuti. H.h. 37.

37°. — Interpres Çay hiu chay in lib. Immut. medij art. 16. sic: — Quamvis autem Spiritus corpore, et voce sit expers, reapse tamen et vere existit illius ratio.

38°. — Quotidiana 4. libr. explicatio in lib. Immut. medij art. J.i. 38.
16. — tantum in mundo possunt videri res illæ, quæ sunt corporeæ, Hinc spiritus cum sit incorporeus, quamvis illum videre velis, non tamen vides. — Deinde: tantum in mundo audiri possunt res illæ, quæ voce constant: Hinc spiritus cum voce sit expers, quamvis illum audire velis, non tamen audis. — vel sic: quamvis illum videas, et audias in effectis, non tamen illum in seipso audis, et vides.

39°. — Quotidiana 4. libr. explicatio in libr. Sent. art. 3. K.k. 39.
proh! dolor! inquit Confucius, iste præfectus Ki sic Leges, ac Ritus transgrediendo, et adulationibus bona inquirendo, ecquem sane animum habeat, ignoro — Sat notus vir ille Lin fam, quamvis tantum foret privatus regni Lu incola, pravos tamen sæculi mores etiamnum probe norat, et qua in re vera Rituum, et honestatis ratio sita foret, percunctari studebat; quanto autem magis præ hoc vulgari homine Lin fam, ille montis Tay xan primi inter quinque famo-

L. l. mosos spiritus, qui ob suam perscipacitatem, et intelligentiam, non potest artibus falli; ob suam rectitudinem, et æquitatem, non potest adulatione deprauari; quanto imquam magis ille nouit ritus, et honestatis leges? qui igitur istius præfecti Ki litamen, ritibus, et honestati non consentaneum excipiet! – Idem eodem modo habet Interpres Cham Kiu chim, qui inter alia sic ait: Spiritus non potest falli, aut decipi; et paulo post – istius montis spiritus perspicax, intelligens, æquus, rectus, profecto nouit ritus.

40. M.m. 40. Interpres Cham Kiu chim in lib. Immut. Medij art. 16. – Quia autem uera, et realis spiritus gignentis, et destruentis, seu uenientis, et redeuntis ratio in mundo assidue agens, potestatemque ac curam gerens bonis bona, malis mala dispensandi habetur, ideo perfectus illius decor, ac intelligens aura clarissime se foras conspicuam prodit, atque ita occultari non potest.

41. N.n. 41°. – Liber Naturæ, et rationis breuis expositio. tom. 2. art. Hoam Kie. Statim atque aliqua cogitatio erumpit, statim hanc spiritus gignens, ac destruens cognoscit – idcirco uir sapiens internæ sui cordis solitudini diligentissime inuigilet, necesse est.

42. N.n. 42°. Interpres Cham Kiu chim in libr. Immut. Medij art. 24. – quamlibet enim rem obscuram, ac reconditam, ad quam nec auris, nec oculus, nec cor, nec cogitatio pertingit, quamque nec homo scire potest, præter id quod jam dixi, solus spiritus destruens, ac gignens scire, ac nosse ualet.

43. O.o. 43°. – In libr. Ver et Autumnum cap. yn cum sic Interpres Hu: longe uero peiores sunt istæ conjurationes particulares, ac confœderationes, quæ spiritum destruentem ac gignentem offendunt, boni regiminis leges transgrediuntur, donec tandem omnia destruant, ac præuertant.

44°. – Interpres Çay hiu chay in lib. Immut. Medij art. 16. proh! quantum non potest concipi, ac comprehendi spiritus destruens, ac gignens ttt. ! Vide cap. 2. sect. 3. num. 12. littera O.

45°. – Quotidiana 4. libror. explicatio in libr. sentent. art. 7. sic: Q.q. 45.
Cum autem spiritus non possint bene cognosci, illos reuereri, et à profunda illorum inuestigatione abstinere possumus.

46°. – Interpres Cham Kiu chim in libr. sent. art. 6. sic: homo R.r. 46.
uiuens in rebus quotidianis ex se habet rectam agendi uiam, quam debet sequi. – quod enim attinet ad bona, quibus bonos, et ad mala, quibus malos afficere solet spiritus destruens, ac gignens, quamuis ea cum hominum actionibus mutuam habent connexionem, sunt tamen res ualde obscuræ, abstrusæ, et scitu difficillimæ – Vnde maxima est cæcitas adulatoriæ illi inseruire ad quærendum id quod sciri non potest – unum ergo in quod totis uiribus incumbere potest, est recta hominis uia, seu rationi sese conformare; quidquid recta ratio agendum dictat, agere; quidquid uniuscujusque munus, ac conditio ab ipso postulat, id totum uere, et accurate exequi. – Quod uero spectat ad spiritus (nempe generatim) uel ad spiritum destruentem, ac gignentem, sufficit debitam illi reuerentiam exhibere ad seruitium, nec oportet propinquiori accessu illum uilipendere, nec importuna adulatione, et oratione illi litare ad postulanda bona.

47°. – Liber Rit. art. 24. – ratiocinatione autem inquiritur, ac penetratur spiritus destruentis, ac gignentis natura. O.o. 47.
– Ad quem locum sic Interpres Chin hao: in inquirenda, ac penetranda spiritus destruentis, ac gignentis natura, agnoscitur summæ illius maiestatis ratio.

46

論語第六。張居正。人生日用。自有當為的道理。若鬼神之福善禍淫。雖與人事相為感通。然其事則幽昧而難知者也。不可知而諂事以求之惑之甚矣。今惟用力于人道之所宜。凡倫理所當盡。職分所當為者。一着實去做。至於鬼神則惟敬以事之而已。却不去褻近。而諂瀆禱祀以求福也。

47

禮記祭義第二十四。致鬼神。以尊上也。

。陳澔。致鬼神。所以極鬼神尊嚴之理。

33. 禮記卷三月令第六。陳澔。聖神繼天立極。生有功德於民。故後王於春祀之四時之帝。與
神皆此義。

34 禮記卷五第十一。陳澔。聖人欲報其神之有功者。故求索而享祭之也。

35. 。蔡虛齋四書蒙引論語上八佾第三。如天地山川社稷之類。生氣萬古不化。隨祭而享。其
理固真。若夫人死則魂已歸天。魄已歸地。隨化而盡矣。若究竟到底。祖先之氣果是
盡了。

36. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。要認得至而實。若泥於返而歸之詞。則異端所謂歸
根還原者。亦無得而議矣。

37. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。惟鬼神也。雖無其形。無其聲。而寔有其理也。

38 。日講中庸第十六。天下惟有形者可見。鬼神無形。雖視之而弗見。惟有聲者可聽。鬼神
無聲。雖聽之而弗聞。

39. 論語上第三。日講嗚呼。季氏之越禮而諂求者。吾不知其何心。彼林放一魯人耳。尚悼流俗
之弊。而問禮之本。何況泰山五嶽之尊。其神必聰明不可欺。必正直不可諂。豈反不如林放
之知禮。而享季氏非禮之祭乎。

論語上第三。張居正。神不可欺。　。其神聰明正直必然知禮。

40 中庸第十六。張居正。惟是鬼神。則實有是理流行於天地之間。而司其福善禍淫之柄。於
其精爽靈氣。發見昭著而不可揜也如此夫。

41. 性理摽題卷三。皇極。思慮一萌。鬼神得而知之矣。故君子不可不慎獨。

42. 中庸第二十四。張居正。蓋凡幽遠之事。耳目心思所不及者。人不能知。除是鬼神知得。

43 春秋隱公上。胡安國。春秋之時。會而歃血。其載果享於司盟。猶不以爲善也。又況私相
要誓。慢鬼神。犯刑戮。以成傾危之習哉。

44. 。蔡虛齋四書蒙引第十六。中庸。甚矣鬼神之不測也云云

45 論語第七。日講。至鬼神之不可知者。敬而遠之可也。

言之謂之理。自其稟受於人物者言之謂之性。自其流行於造化者言之謂之命。而惟聖人爲能體之。
今以聖人用易窮理之事言之。
27 易經傳上第十一。是故蓍之德圓而神。
之理。實具於聖心。是故易之所有蓍卦爻而已。
周易正解。夫易之用。周於天下。而易
28 易經傳上第十一。是以明於天之道。而察於民之故。是興神物以前民用。
周易正解。聖人旣具此理。又將此理就蓍龜上發明出來。使民亦得前知而用之也。
。民用之則神明民德。聖人用之則自神明其德。
29 易經傳上第十。易无思也。无爲也。
周易正解。朱熹曰易指蓍卦。无思无爲言
其无心也。
。蓍卦本是個無商度底物事。故曰。无思无爲。。蔡虛齋曰。无思无爲。只是无心。
30. 。日講易經上傳第十一。按蓍亦植物中之一物耳。使不遇聖人。何由而知爲神物。使非聖人
神明化裁。制而用之。則神物終屬無用之物。亦烏能自著其神耶。故神物非神。必
經聖人之裁制。而後成其爲神。
31 禮記卷八第二十三。夫聖王之制祭祀也。法施於民則祀之。以死勤事則祀之。以勞定國則祀
之。能禦大菑則祀之。能捍大患則祀之。
32 孔子家語五帝第二十四。天有五行。水火金木土。分時化育。以成萬物。其神謂之五帝。
古之王者。易代而改號。取法五行。五行更主。終始相生。亦象其義。是以太皡配木。炎帝配
火。黃帝配土。少皡配金。顓頊配水。
。康子曰。吾聞句芒爲木正。祝融火正。蓐收爲金
正。玄冥爲水正。后土爲土正。此五行之主而不亂。稱曰帝者。何也。孔子曰。凡五正者。五行之官
名。
。此五官各以其所能業爲官職。生爲上公。死爲貴神。別稱五祀。不得稱帝。

字而言。則偏矣。單言神。則當得太極。

14 。蔡虛齋四書蒙引盡心上。註心者人之神明。

15. 禮記卷八祭法第二十三。大凡生於天地之間者皆曰命。其萬物死皆曰折。人死曰鬼。。陳澔
。方氏曰。人謂之鬼。言其有所歸也。

16 詩經大雅文王。朱熹。此章言文王旣沒。而其神在上。昭明于天。

17 論語上第八。張居正。鬼神。是天神地祇人鬼。

18. 禮記第五。天子祭天地。諸侯祭社稷。大夫祭五祀。天子祭天下名山大川。諸侯祭名山大
川之在其地者。

19 禮記卷三王制第五。山川神祇。有不舉者為不敬。

20. 書經舜典。肆類于上帝。禋于六宗。望于山川。徧于羣神。

21 白虎通上五祀。五祀者何謂也。謂門戶井竈中霤也。

22. 孟子盡心下。日講。其盛德淵微。而莫知其所以為德。大業顯著。而莫知其所以為業。蓋變
化無方。陰陽迭運。有非耳目之所能窮。心思之所能測者。是則所謂神也。

23 易經傳下第五。子曰。知幾其神乎。 周易正解。子曰天下之事莫不有幾。能知幾者。其惟神
而明之之人乎。

24. 周易正解傳上第十。至精至變而至神。皆易之道。而聖人為之者也。 。是象變者。聖人所
以研窮乎幾微之理也。變之至而能神者此也。

25 周易正解傳上第九。蔡虛齋曰。神是易中有理以神之。如元亨利貞勿用利見之類。却是
使人之作事合理處。却因數衍出來。此便是易。有以神其德行也。

26 周易正解傳上第四。易道之大如此。而聖人用之。則何如。夫道一也。自其散殊於天地萬物者

・天地之功用。即造化之迹也。造化指天地之作為處。言造者自無而有。化者自有而無。

○清書合章句三說而一之。曰鬼神天地之功用。二氣之良能也。其至而伸者而為神。反而歸者而為鬼。○此鬼神天地人物而一以貫之者也。○陰陽非鬼神。陰陽之能屈伸一往而一来者。乃鬼神也。蓋即氣機之動靜而已。故曰二氣之良能也。曰陰之靈也。曰陽之靈也。蓋天地無心而成化者也。○原陰陽之所以有是靈者。蓋太極動而生陽。動極而靜。靜而生陰。靜極復動。一動一靜。互為其根。此其所以一往一来。一屈一伸。而不見其有窮已也。所謂兩故化也。知其兩故化。其體物不遺矣。無餘蘊矣。

○小註云。功用只是論發見者。如寒來暑往。日往月來。春生夏長。皆是。又曰風雨霜露日月晝夜。此鬼神之迹也。斯言要是借此示人以默會鬼神之所在耳。若謂此即是鬼神。則為視而可見。聽而可聞矣。且日月風雨之類。其合也。如何便為物之始。其散也。又如何便為物之終。要之日月風雲之類。亦物也。皆鬼神之所體者也。

○陰陽一合而物以之始。始者。神之伸也。陰陽一散。而物以之終。終者。鬼之歸也。是其體物而不可遺矣。

11. ○蔡虛齋四書蒙引中庸第二十九。○既曰鬼神造化之迹也。又曰鬼神至幽而難知也。迹指其屈伸往来言。非謂有迹可見聞也。

12 周易正解傳上第四。○蔡虛齋曰。晝夜上下南北高深。此只是幽明之迹。非幽明之故也。故則其所以然之理也。

○死生就人物言。鬼神就造化言。死生是人物之死生也。鬼神是人物之所以死生者。（○幽明死生）鬼神。理之至難窮者也。

13 ○蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。以功用謂之鬼神。兩故化也。以妙用謂之神。一故神也。神字對鬼

1 禮記卷八祭義第二十四。陳澔。因其精靈之不可掩者。制為尊極之稱。而顯然命之曰
鬼神。以為天下之法則。故民知所畏而無敢慢。知所服而無敢違。

2 易經傳上第五。陰陽不測之謂神。

3 性理標題卷一。動靜。動而無靜。靜而無動。物也。動而無動。靜而無靜。神也。動而無動。靜而無
靜。非不動不靜也。物則不通。神妙萬物。

4 周易正解傳上第五。鄧節節有一陰一陽之道。亦節節有陰陽不測之神。神即道之妙。非道之外別
有所謂神也。　。陰陽之迭運謂之道。就其不測者而言謂之神。

5 性理標題卷一神化篇。神天德。化天道。德其體。道其用。一於氣而已。　形而上者。淂辭斯淂象矣。
神為不測。故緩辭不足以盡神。化惟難知。故急辭不足以体化。

6 易經說卦傳第六。神也者。妙萬物而為言者也。

7 性理標題卷一。動靜。有形則滯於一偏。神則不離於形。而不囿於形矣。動中有靜。靜中有動也。物
滯於一偏。則不能通。神妙於萬物。則無不通。　。所謂神妙萬物者如此。五行一陰陽。陰陽一
太極者。以神妙萬物之體而言也。五氣順布。四時行焉。無極二五。妙合而凝者。以神妙萬
物之用而言也。

8 中庸第十六。朱熹。張子曰。鬼神者。二氣之良能也。愚謂以二氣言則鬼者陰之靈也。神者陽之靈
也。以一氣言。則至而伸者為神。反而歸者為鬼。其實一物而已。

9 孟子盡心上。孟子曰。人之所不學而能者。其良能也。所不慮而知者。其良知也。

10 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。程子曰。鬼神天地之功用。而造化之迹也。程子之言為恐學者求
鬼神於窅冥之鄉。故曰此乃天地之功用。而造化之迹也。說迹字略淺於見聞。蓋此章之旨本
謂鬼神無可見聞。而却能體物不遺也。

Sectio 5.a

Quid est juxta Sinas Litare Cælo, ac Terræ?

Hæc quatuor mihi videntur maxime explicanda: 1.o quid sit litare cælo? 2.o quid sit litare Terræ? 3.o an litare cælo, ac terræ sit litare cælo materiali, ac terræ materiali, an potius ejus Spiritui? 4.o an litare cælo, ac terræ sit litare unico Cæli, ac terræ Summo Spiritui?

Dico 1.o Cælo litatur dupliciter; 1.o sub dio: 2.o sub tecto. — Quando sub dio litatur, ei servitur juxta id quod cæli via, seu cæli agendi ratio postulat, et ad judicandum cæli, ac terræ spiritum domum non habere. - Storeæ ex stramine, vel vimine contextæ / olim Sinæ humi super storeas sedebant / figulinæ cucurbitæ, seu scutellæ, tenellus vitulus cornibus pullulare incipientibus, adhibetur, solum verritur, et sic litatur. — A — ad repræsentandum cælum apponebatur Vicarium Solis signum, quemadmodum constituitur Regulus, aut Præfectus in rebus Imperatorijs ad repræsentandum Imperatorem; imo et Solis signo adjungebatur lunæ signum tamquam Solis comparativum, seu correlativum / nempe utriusque nomen scriptum in aliqua tabella vel papyro, vel quid simile / utrumque tamen ad repræsentandum cælum. — B — vel potius ad repræsentandam, et demonstrandam cæli viam, seu Cæli agendi viam: hæc cæli via est tantum visibilis in suis effectis, non autem in ipso effectore. — C. —

Quando sub tecto litatur Cælo, ei servitur juxta id quod Cæli Domini via, seu Cæli Domini agendi ratio postulat; agnus, et vitulus, cannea et lignea vasa, cacabus, et Lances escis pleni adhibentur, libaminaque sunt cocta. — D — olim sub tecto in Imperialis palatij aula litavit Imperator vu vam,+ adeoque antiquitus imperialis palatij aula erat Litaminis Locus. — E — imo et hæc serviebat ad offerenda illorum quinque dictorum priscorũ

+ Imperator Hoam Ti, Imperator Xin num

Imperatorum dictorum Ti, et quinque primorum imperij ministrorum dictorum Xin | quorum nomina uide in præcedenti sectione n. 32. litterra D.d. | Manibus libamina. — F —

Cæterum cum cælum nihil sit aliud quam Cæli Dominus; et Cæli Dominus nihil sit aliud, quam Cælum, ideo ista libaminis diuersitas tantum petebatur ex eo quod litando Cælo sub dio, erigeretur rotundus agger; et propterea dicebatur litari Cælo, ob figuram nempe illius aggeris rotundam; litando cælo sub tecto, ei ut cæli ac terræ Spiritui inseruiretur, et propterea dicebatur litari Cæli Domino — G — huic explicationi uidetur standum, quamuis uarij uarie incerte opinentur. — H. —

Hinc fortasse factum est ut lapsu temporis in Pekini suburbiis ad quatuor mundi plagas extructa fuerint quatuor ædificia, quorum unum ad meridiem situm, Cæli; alterum ad Septentrionem, Terræ; tertium ad Orientem, Solis; quartum ad Occidentem, Lunæ nomine insignitur: de his si fortasse Imperator, uel potius alius ibi litet, loquere juxta ea quæ hic supra, et infra recensentur, nisi obstet diuersa intentio, et noua institutio libris dissona.

Porro illa quatuor ædificia ego opinor esse similia, aut pene similia ei, quod uidi in hac urbe Nan Chan metropoli Provinciæ Kiamsi, quandoquidem hoc Imperium Sinicum tantopere amet in rebus publicis, et maxime ædificiis, omnimodam ubique uniformitatem. Hæc igitur metropolis, quia diuisa est in duas urbeculas, habet in suis suburbiis duo terræ suggesta | de quibus mox infra | alterum ad meridiem, alterum ad Septentrionem situm, ubi uere, et autumno harum duarum Vrbecularum Gubernatores, alter in meridionali, alter in Septentrionali suggesto, per se, uel per alium præfectum inferiorem litat offerendo, offerendo capram, uel porcum prius in macello occisum, ac toto corpore depilatum, unà cum Serici uolumine, coram tabella, in qua scriptum nomen Spiritus, nempe montium, fluminum, agrorum, frugum Spiritus — Septentrionale quod uidi, sic se habet: Visitur oblonga area humili muro circumdata; ejus ostium columnis suffultum semper patens, et peruium; non longe ab extremo areæ erectum est humile terræ suggestum figura quadratum, in suggesto infixa saxea columnella altitudine circiter bipedalis, cujus stylobata quadrata, reliqua pars sphærica; nempe juxta Sinas per quadratam, Terra; per sphæricam, Cælum repræsentatur. — E fronte istius suggestus est quoddam ædificium columnis suffultum, utrimque patens, et peruium absque porta; in quo nihil præter parietes, columnas, et tectum. — Dum litatur, in hoc ædificio patulo, è regione terræ suggestus apponuntur mensæ; super unam earum prædicta tabella, in qua scriptum nomen Spiritus; super alias, libamina. — Vnde istud ædificium uidetur magis extructum ad cōmoditatem litantis, quàm ad alium finem tantum. — Idcirco quando non habetur tale ædificium, ut sæpe fit, tabernaculum erigitur, et litatur. In reliquis urbibus, quæ non sunt diuisæ in duas, audio esse unicum ejusmodi terræ suggestum. Sed ad quæstionem redeo.

Præterea, quia omnes res suam à Cælo trahunt originem, et homines suam à suis Atauis; ideo Imperatores conferebant suos Atauos, seu suæ familiæ conditores cum Cælo; dumque sub dio in loco suburbano litabant cælo | hoc litamen Cæli sub dio, uocatur Kiao quæ uox Kiao significat suburbium, unde litaminis nomen | simul et illis una ibi litabant. — J. — Postea princeps Cheu Cum cùm uellet singulari honore, Patris sui Ven uam manes colere; nec auderet eis sub dio in loco suburbano litare eodem modo, quo litabatur principis Heu cie suæ familiæ conditoris Manibus; nec aliunde auderet cæli Spiritum, siue Cæli Dominum intra parentalis Auitorum Manium ædificij angustias simili, quo Manes coluntur, ritu colere, atque ita ejus seruitutem uilipendere; ideo incepit in imperialis palatij aula patris manibus litare, eum cum

Cæli Domino conferendo, hoc modo: Cæli Domini signum stabat in medio; principis Ven Vam signum in parte austro-occidentali; utrumque Orientem spectans; quique præerat huic litamini, et ad quem illud dirigebatur, erat Cæli Dominus. — K. — conferebat autem patrem suum uen uam cum Cæli Domino, quia sicut Cæli Dominus est rerum productarum primus parens, seu primum principium; ita pater est is, a quo filius productus est. — M. — uerum cum sic parentum Manes cum Cæli Domino conferant, non eodem modo et Cæli Domino, et parentum Manibus litabant; libamen enim erat diuersum; nam pro Cæli Domino tener uitulus per trimestre spatium in mundo caulæ loco separatus; pro Auorum Manibus uitulus quilibet obuius, et paulo grandior adhibebatur — N. — : et id quidem fiebat ut distingueretur seruitium, quo colitur Cæli Dominus a seruitio, quo coluntur hominis Manes. — O — Vtriusque litaminis finis non erat uniuocus; parentalis enim litaminis finis tantum erat correlatiuus, et comparatiuus — P. — Alias omitto diuersitates.

Dico 2. - uidetur etiam litatum terræ dupliciter: 1º. confundendo terræ litamen cum prædicto cæli litamine sub dio, seu comprehendendo terræ litamen cum isto Cæli litamine — Cæli enim litaminis uasa repræsentabant cæli ac terræ naturam, hocque cæli litamen erat id, quo cæli uia, seu Cæli agendi via demonstrabatur, et intelligebatur — Q. — in cæli autem uia comprehenditur terra, nam Cælum, et terra quatenus ratio practica, est cæli uia, ut diximus supra sect. 3. n. 21. littera B. 6. — Vnde sæpius non exprimitur terra, quia terra in cælo concluditur, siue sumas cælum pro corpore sensibili; siue pro aura uitali — R. — insuper cum sæpe dicatur Imperator litare Cælo, ac Terræ, ac terra tacite comprehendi in litamine cæli; — S. — nec detur Boreale Kiao idest terræ litamen, seu locus in boriali suburbio ad litandum terræ; hic enim locus spectat ad sequentem modum litandi terræ — T — ; sequitur terræ litamen in Cæli litamine contineri, ac comprehendi —

2º. alius ergo modus litandi Terræ sic est: olim Imperator cum aliquem terræ tractum in regnum erigeret, tunc destinabat specialem locum ad litandum quotannis vere, et Autumno, frugum spiritui, sine quibus homines uiuere, et terræ seu regionis, aut agrorum Spiritui, sine quibus fruges crescere, et homines stare non possunt: hic locus erat intra septa parentalis Regiorum Manium ædificij ad ejus dexterum partem inter mediam, et primam, seu exteriorem portam situs sic: in medio prostabat sub dio cæmentitium terræ suggestum non ualde altum, cujus latus orientale cæruleo, australe rubro, occidentale albo, boreale nigro colore depictum erat. Facies superior, si erat imperiale suggestum [nam Imperator etiam habebat duo ejusmodi suggesta, alterum pro se, seu sua Imperatoria urbe; alterum pro toto Imperio; ubi et quisque Regulus habebat duo, alterum pro se, alterum pro suis populis; imo et primarij Præfecti, seu toparchæ, habebant unum] facies, inquam, superior gleba flaua contegebatur. — suggestum imperiale amplum erat 50. cubitis: regale 25. — circum istud suggestum extendebatur area plana, in qua Longæ arborum series hinc, et hinc satæ erant. — hæc area circumquaque humili muro claudebatur. — V. — præter hunc ergo locum, ut dixi, non uidetur fuisse alius particularis ad litandum terræ in Solstitio æstiuo; quodque uocant boreale Kiao seu litamen terræ, est litamen istud quod Imperator faciebat in hoc terræ suggestu. — Æ. —

Deinde cum princeps Kum cum adeptus fuisset, aut sibi subjugasset totas nouem Chinæ Prouincias, id est totam Chinam sic tunc diuisam, ejus filius Keulum qui illam tranquillitate donauit, aquas exundantes repressit, rem agrariam prouexit, dictus est Heu tu, idest præfectus terræ, seu in terram dominans; — Z. — ideoque quando litabatur terræ Spiritui in dicto suggestu, etiam illi una litebatur, comparando eum cum terræ spiritu, ad grates pro priscis beneficiis persoluendas: parique modo principem heu cie, ~~Cheu cie~~, idest præfectus frugibus, seu in fruges dominans, qui rem agrariam multum etiam olim promouerat, comparabant cum frugum spiritu, et dum litabant terræ spiritui, unà illi litabant — W. hinc factum est, ut ille princeps Keu lum etiam diceretur spiritus terræ, seu agrorum, et princeps heu cie frugum spiritus - Y. — nempe Manes hominum, olim rei agrariæ præfectorum, non autem ueri agrorum, et frugum spiritus: unde in hoc suggesto non illis primario litabatur, sed tantum per concomitantiam: primario enim litabatur uel supremo terræ, ac cæli spiritui, uel tutelari spiritui, ut mox dicam; illis autem Manibus tantum litebatur comparando illos cum uero spiritu, ad grates pro beneficiis olim acceptis persoluendas. — A. a.

Quod attinet ad fanum Chim hoam, nullam habet cum his connexionem. Hujus origo, ut referunt, hæc est: uixerat sub imperio familiæ han quidam militiæ præfectus, nomine ym cognomine quon fide, et fortitudine spectabilis: postea sub imperio familiæ Cin primò erectum illi honorarium signum, deinde lapsu temporis erectum fanum cum elaborata effigie; creditus præesse magistratibus, urbibus ciuibus. Hinc quilibet Magistratus, dum suscipit officium, et postea 1. ac 15. cujusque mensis die, illud fanum adire solet, ibique coram effigie prosternitur. - B. b. — hæc ergo effigies non minus idolum, quàm alia plurima Sinensia; nec quidquam habet comúne cum prædicto terræ suggesto: Et certe de his duabus uocibus Chim hoam quæ ex se significant siccas mænium fossas ne uerbum quidem faciunt libri classici, eorumque interpretes, adeoque illud fanum non spectat ad doctrinam eorum Sinarum, de quibus hic agimus.

Jam uero prædicta terræ suggesta, quæ olim Imperator, Reguli, Toparchæ, intra septa parentalis suorum auorum ædificij habebant, arbitror non amplius nunc subsistere, sed tantum tantum subsistere illa, quæ sunt, ut supra dixi, in urbium suburbiis constituta.

Denique conditor præcedentis imperantis familiæ Taimim exorsus imitari quod habetur in libro Rituum imperij Cheu erexerat in campo suburbano tum australem, tum borealem aggerem ad litandum cælo, die solsticij hyemalis, supra rotundum aggeris culmen; et ad litandum terræ, die solstitij æstiui, in quadrata aggeris fossa; hocque aliquandiu durauit, ac cursum habuit, sed cum uariæ temporis siccitates, insolitæque aeris intemperies obortæ fuissent; tandem statutum est, ut primo duntaxat anni mense litaretur cælo in suburbano australis aggeris culmine - C. c. — Sed hæc satis de loco, et modo litandi tum cælo, tum terræ. Nunc quod maxime interest, inquirendum est objectum illius litaminis, sitne cælum materiale, an cæli materialis spiritus? sitne terra materialis, an terræ materialis spiritus? Itaque.

Dico 3. dum litatur cælo sub tecto, clarum est tunc litari spiritui; tunc enim litatur cælo, quatenus est cæli Dominus. - D. d. — sed cæli Dominus xam Ti, ut jam sæpe uidimus, est spiritus: ergo litatur non cælo materiali, sed ejus spiritui: deinde dum litatur cælo sub dio, etiam ei litatur ut est spiritus, non ut est quid materiale; idem intellige de terræ litamine, quod in hoc cæli litamine, ut dixi, comprehenditur: ideo enim ei sub dio litatur, ut ostendatur cæli, ac terræ spiritum non habere domum; præterea litando cælo, ac terræ, res comestibilis, et potabilis offertur, quamuis sciatur cæli ac terræ spiritum nec comedere, nec bibere — E. e. — Insuper uictima ad litandum cælo sub dio, ideo particularis adibetur, ut distinguatur cæli spiritus ab hominis Manibus - F. f. — et pro Vicario cæli spiritus signo apponitur Sol - F. f. - deinde litando cælo, ac terræ dicunt se admonere cæli, ac terræ spiritum - G. g. — istud ergo litamen fit spiritui, non cælo ac terræ materiali. Denique litando terræ in prædicto terræ suggesto, etiam litatur terræ spiritui, quia id, cui litatur, dicitur esse terræ

Spiritus H. h. — et Imperator litando in magno imperij suggesto, dicitur admonere terræ Spiritum — I. i. — Sed his non immoror. Videamus ultimam difficultatem, utrum scilicet litando cælo, ac terræ, litetur unico Cæli, ac terræ Supremo Spiritui?

Dico 4. dum Imperator in aggere suburbano litat cælo sub dio / à fortiori hic deletamine sub tecto / terram ut supra dixi, simul comprehendendo, tunc certe liquet illum litare Cæli Domino, ac Rectori - K. k. — sed cæli Dominus, ac Rector est unicus, imo cæli, ac terræ Spiritus / vide cap. 2. sect. 3. dico 3° / ideoque dum dicitur cæli Dominus, etiam dominator terræ seu in terram dominans, in eo comprehenditur. — L. l. — ergo litat unico cæli, ac terræ supremo Spiritui. Ob hanc causam in hoc litamine adhibetur unica tantum victima — M. m. — erravitque quidam Interpres, qui dixit in hoc cæli litamine ideo fuisse adhibitos duos vitulos, quia litabatur cælo, ac terræ: in ista enim occasione alter istorum duorum vitulorum erat pro cæli litamine, de quo hic; et alter pro manibus Heu cie quibus simul libabatur conferendo istum familiæ Cheu conditorem cum cælo, ut dixi; adeoque unus vitulus pro cæli litamine. — N. n. — Denique dum Imperator invisit Regulum in suo Regno, Regulus ei offert unicum solummodo vitulum, quia ritus, quo colit Imperatorem cæli Domini vices gerentem, est sicut ille, quo Imperator colit cælum, seu cæli Dominum — O. o — cum igitur Imperator in hoc cæli litamine, in quo terra comprehenditur, offerat unicum vitulum, eumq; cæli Domino, seu Xam Ti qui est cæli ac terræ Spiritus, patet sane eum litare unico cæli, ac terræ supremo Spiritui. Sed hoc rursus ex sequentibus clarius fiet.

Itaque cum olim Imperator in imperiali terræ suggesto / nunc utrum adhuc fiat, necne, nescio / litaret terræ Spiritui, etiam videtur tunc litasse unico cæli, ac terræ Supremo Spiritui; Confucius enim asserit litamen cæli sub dio in suburbano aggere dictum Kiao et litamen terræ in terrestri suggesto dictum Xe, esse id, quo servitur cæli Domino, seu Xam Ti: ergo litando terræ in terræ suggesto, servitur etiam cæli Domino, non minus quam litando cælo in suburbano aggere; quod etiam Interpretes hic satis innuunt sic: dicitur, inquiunt tantum Cæli Dominus, seu Cælum, quia Heu tu in eo comprehenditur: istæ voces Heu tu, ut mox dicam, significant vel densam terram, vel dominantem in terram; adeoque dominans in terram, seu dominator terræ comprehenditur in cæli Domino; vel densa terra comprehenditur in cælo materiali, sive includitur à cælo materiali, cujus utriusque Domino litatur; nam ibi litatur Spiritui, ut dixi — et vero, addunt interpretes, ideo cælo, ac terræ præstatur servitium, ut exhibeatur gratitudo pro virtute qua cælum omnes res sustentat, ac perficit: sed tota illa cæli, ac terræ virtus reducitur ad cæli Dominum, seu Spiritum invisibiliter intus agentem, rerumque effectorem; / vide cap. 2. sect. 1. §. 2. et sect. 3. dico 2. etc. / unde ibidem interpretes rursus dicunt hoc cæli litamen Kiao, et hoc terræ litamen Xe esse id, quo libatur cæli Domino, seu Xam Ti — P. p. — adeoque ad nullum alium Spiritum, quam ad cæli Dominum, terræ scilicet Dominum simul in se comprehendentem, utrumque litamen referunt. — Quocirca cælum, inquiunt, est totus et integer productor rerum Dominus, et ad rerum productionem tantum accipit à terra alimenti sustentationem. — Q. q. — imo cur terra alit omnes res, est quia cæli Dominus in eam dominatur, jubetque ut illa id servitij subeat — R. r. — et quidquid terra producit, id à cælo sibi comunicante accipit — S. s. — Denique in cælo, ac terra est ~~unicus~~ unicus Spiritus destruens, ac gignens — T. t. — seu unica ratio, quæ est cæli Dominus in terram naturæ rationalis rectitudinem infundens, cælique lex naturæ infusa — V. u. — Ex his igitur patet omnes terræ res, et totius mundi actiones referri ad unicum Cæli Dominum, seu Xam Ti, et non ad alium Spiritum; adeoque non haberi Regem cælum, et Reginam terram, seu duos Spiritus alterum maritum, alterum uxorem. — Ita vox Heu quæ subinde significat Reginam, maxime cum est juncta cum voce Hoam | ordinarie enim significat Regem, Imperatorem, Principem, dominatorem, aut dominantem &c. — X. x. — | hic juncta cum voce Tu, significat tum densitatem terræ, ut ipsum ait Dictionarium, Z. z. — tum, et maxime, Dominatorem terræ, seu Dominantem in terram, non Reginam, W. W. — Deinde Sinæ agendo agendo de Manibus negant diversitatem Sexûs - Y. y. — adeoque et in aliis spiritibus, quos numquam reperies dici fœmineos, eam etiam negant. Itaq. ista Litaminis diversitas petitur ex diversis ritibus, non ex diverso objecto; quia enim Cœlum istud visibile est quid præstantius terrâ, quid vilius, et utrumque figurâ, ac mole diversum; ideo instituerunt alios ritus Litandi primo rerum omnium principio, quatenus Cœli Domino, et alios, quatenus terræ Domino, seu in terram dominanti. — A a a. — Unde dicuntur prisci Imperatores in Suburbano aggere sub dio Litasse Cœli Domino, ad demonstrandos Cœli Patris, et terræ Matris ritus — B. b. b. — quia nimirum Cœli Dominus per causas secundas, tum Cœlum tanquam Patrem, tum terram tanquam Matrem, omnes res producit, conservat, alit. — Deinde vitalis, inquiunt, Cœli ac terræ aura | quæ juxta Sinas est unica | æquivalet toti Patri, et Matri — C. c. c. — quin imo ipsum dumtaxat Cœlum vocant Patrem et Matrem, uti et ipsum Imperatorem, Patrem et Matrem populorum. - D. d. d. - hodieque urbium Gubernatores passim vocantur Pater, et Mater Civium. — Itaque sive Cœlo, sive terræ Litet Imperator, semper refertur ad Cœli Dominum, sive ad Cœli, ac terræ unicum Spiritum, et dicitur tantum filius Cœli, non terræ; ideoque litamen terræ non minus quam litamen Cœli, est id quo omnium rerum principio grates persolvit, illudque corde recolit; — E. e. e.

— Unde litans in imperiali suggesto, dicitur excipere totius Cœli, ac terræ vitalem auram, seu Spiritum; et illud litamen esse id, quo terræ agendi ratio spiritualisatur, et cognoscitur. - F. f. f. - Jam vero terræ agendi ratio, et Cœli agendi ratio est unica, seu unicus Spiritus, ut supra dictum est; ergo Imperator Litando terræ, Litat unico Cœli, ac terræ Supremo Spiritui.

Si autem nonnulla ex iis, quæ dixi de litamine Xe seu terræ in discreto terræ suggesto, volueris applicare, et referre ad istud aliud litamen terræ, quod tacite in litamine Kiao seu Cœli, comprehenditur, tunc magis adhuc probabuntur dicta de hoc litamine Kiao, de quo hic maxime agitur, et est quæstio. — Cæterum cum Imperator haberet duo terræ suggesta, non repugnat quin in maximo v. gr. Imperij suggesti Litaret summo totius terræ, ac Cœli spiritui, ut vidimus; et in altero particulari Litaret tutelari totius imperij spiritui; agrorum Spiritui; frugum spiritui; uti litabat totius imperij, montium, ac fluminum celebrium spiritibus, sed ritibus inferioris ordinis: et sic intellige de spiritibus seu Manibus Principis Heu Cie, agriculturæ, vel frugibus; et principis Keu cum, inundationibus, aquis terris componendis olim præfectorum; utrique enim ut dixi, correlative ad istos agrorum, ac frugum spiritus Litabatur.

Petes 1º an Reguli, et Toparchæ litantes in suis terræ suggestis, etiam litarent unico terræ, ac cœli Sum̃o Spiritui?

R.deo — Cum liber Rituum proprie agat de Ritibus ab Imperatore servandis, non potest satis sciri Utrum Reguli, et Toparchæ aliis ritibus inferioris ordinis, et cujusque conditionis accom̃odatis, etiam litarent unico Cœli, ac terræ Sum̃o Spiritui, an tantum tutelari suæ ditionis spiritui, agrorum spiritui, frugum Spiritui. — Quamvis enim soli Imperatori Licebat, in Suburbano aggere, et in imperiali terræ suggestu, ritu supremi Ordinis litare unico Cœli, ac terræ Sum̃o Spiritui; nihil tamen obstat quin etiam Regulis, et Toparchij Liceret in suis terræ suggestij, ritu humiliori, et accom̃odato | v. gr. Reguli agnum, vel capram tantum, Imperator bovem in terræ suggestu ad=

Libere ad litandum debebant, G. g. g. — / litare eidem cæli, ac terræ Spiritui: certe illis, et aliis omnibus licebat demisso in terram Capite, aliisque modis cæli Dominum colere; imo etiam nunc plerique Sinarum, ultima ~~agri~~ anni nocte appositis super mensam esca, et potu, proni cælum, ac terram uenerantur; non ideo tamen dicuntur sibi uindicare imperatorio ritum. — Sic inter Christianos, quamuis solis liceat Sacerdotibus celebratione Missæ Deum colere, aliis tamen etiam licet diuerso ritu eundem colere. —— Nec uis facienda est in ista uoce Litare Sinice Cy; quia Cy apud Sinas, uti Litare apud Latinos, Latam habet significationem; nec semper idem significat ac sacrificare stricte, et scolastice sumptum; v. gr. dum Cicero aiebat, Litandum est Lentulo, parentandum Tulliolo, liquet quod non uellet uerum sacrificium offerre Lentulo. —— Sed quidquid sit de Regulis, et Toparchis; quæstio, de qua hic agitur est, Vtrum Imperator Litando Cælo, ac terræ, Litet uni Cæli, ac terræ Domino? et hæc satis probata est supra.

Petes 2°: quis finis litaminis, quod Imperator facit Cælo, seu cæli ac terræ Domino? in re satis dubia, quæ ad nostram quæstionem nihil, uel parum facit / hic enim quærimus objectum materiale in quod litamen dirigitur, non finale / sic prababiliter respondeo: triplex inuenitur hujus litaminis nomen; 1um est Lui idest litandi Cælo species; et hoc faciebat Imperator in bellum profecturus - H. h. h. — an non forte Imperatorium Litamen? 2um est Chay, idest Crematio; et hoc fecit Imperator Vu vam debellato hoste Cheu, obtento imperio, rebus omnibus compositis, totam uictimam comburendo - I - i - i — an non forte Litamen, seu holocaustum? 3um est Kiao idest suburbium, de quo supra: et hoc facit Imperator ad grates rerum omnium principio persoluendas, illudque mente recolendu. K. K. K. — an non sane Eucaristicum litamen? In hoc Litamine Kiao parentum Manes conferebantur cum Cæli Domino, ut dixi; non autem in litamine Chay, / quod suppono distinctum à Litamine Kiao, quamuis in litamine Kiao uideatur etiam saltem subinde cremari Victima / nec in litamine Luy. — In litamine quidem, quo Imperator litabat Cæli Domino ad postulandam frugum ubertatem, dicitur cum eo conferri princeps Heu Cie, seu simul cum eo principi Heu cie litari. L. L. L. — sed uel hoc litamen erat litamen Xe seu terræ, non litamen Kiao; in quo litamine Xe conferebatur cum Cæli Domino, seu cum Spiritu terræ non tamquam parens, et conditor familiæ Cheu, sed tamquam rei agrariæ olim præfectus beneficus; uel conferebatur non quatenus frugum postulatio, sed tantum quatenus gratiarum actio ad eum dirigebatur: uel denique forte etiam conferebatur tamquam intercessor, existimando illum in loco esse / puta limbo / ubi posset intercessorem agere apud Cæli Dominum: atque ita dic de aliis ejusmodi viris, qui optime de imperio meriti obierunt uel non multo post diluuium, uel certe quando China prauis Sectis nondum deprauata erat; si forte in Litando aliquid simile uideatur de illis referri: sed de hoc in 2° Tr. Denique animaduerte, cum etiamnum istum Litaminis Kiao seu litandi Cælo sub dio ritum quotannis seruet Imperator Sinicus, me non dicere eum esse Licitum: Lex enim Vetus quoad Cæremonias, v. g. quoad judicia, sacrificia etc. post sufficientem Euangelij promulgationem abrogata est, sed tantum uolui explicare objectum materiale, in quod dirigitur istud Litamen.

Nunc fortè aliquis rursum quæret, Vtrum Tay Kie seu primus rerum terminus, de quo ego jam sæpius, et tam multa Sinæ, maxime Recentiores, dici etiam possit Cæli, ac terræ Dominus quatenus hic est omnium rerum causa? pro responso uide sectionem sequentem.

Textus Librorum.

1°. — Compendiosa lib. Carm. compilatio tom. Cheu Çum K - 1.

oda ngò ciam: cum princeps Cheu Kum non auderet patris sui
Uen uam Manibus litare sub dio in loco suburbano litaminis
Kiao ubi litabatur principis Heu cie suæ familiæ conditoris Manibus:
nec etiam auderet cæli Spiritum intra parentalis Avitorum
Manium ædificij angustias, simili quo Manes coluntur,
ritu colere; ideo singulari honore illis litando in imperialis palatij
G. — aula, hoc fuit ingeniose explere filialis affectus officium.
At petes: cælum nihil est aliud, quam cæli Dominus: ecur igitur
ista litaminis diversitas? Sic respondet Doctor Chu hi: quia
in erecto aggere litatur, ideo dicitur cælum, seu ideo dicitur
litari cælo; litando sub tecto quia illi litatur ut cæli ac terræ
D.d. Spiritui, ideo dicitur cæli Dominus, seu ideo dicitur litari Cæli
Domino — quando illi servitur inquit interpres Cao juxta
id quod cæli via, seu cæli agendi via postulat, tunc storeæ
ex stramitræ, vel vimine contextæ, figulinæ cucurbitæ
seu scutellæ, tenellus vitulus cornibus pullulare incipientibus
instar bombycini glomeris, aut castaneæ, adhibetur, solum
D. verritur, et sic litatur — quando illi servitur juxta id,
D.d. quod cæli Domini via, seu cæli Domini agendi ratio postulat,
tunc agnus, et vitulus, cannea et lignea vasa, cacabus
et lances escis pleni adhibentur —

2. B. 2º — Lib. Rituum art. 11.: litamen Kiao loci suburbani
sub dio, fit excipiendo in solsticio hyberno initium dierum
crescentium. — hoc litamen fit ad maximas Cælo persolvendas grates;
et pro vicario ejus signo apponitur Sol. — designatur ager
in suburbio meridionali, quia meridies luminis, et accrementi
locus est: humus verritur, et litatur; qua in re spectatur
G. ritus simplicitas, et subjectum: — pro vasis adhibetur figulinæ
cucurbitæ instar scutellarum, ad repræsentandam
cæli, ac terræ naturam.

Deinde paulo post sic: Imperator igitur litaturus gerit diadema
12. pendulis fasciis ornatum ad referendum 12.
anni menses; curru vulgari, ac simplici vehitur, quia non
ornatum, sed nudam cultus veritatem spectat. — Vexilla
draconibus depicta 12. etiam pendulas fascias præferunt;
deinde exponitur exponitur Sol, et luna ad repræsentandum cælum;
cælum prætendit astra, vir sapiens illud imitatur. — Hoc C.
ergo litamen Kiao est id quo cæli via, seu cæli agendi via demonstratur, Q.
ac cognoscitur: Si autem vitulo destinato ad litandum
Cæli Domino infausti aliquid acciderit, tunc accipiatr
vitulus destinatus ad litandum principis Heu cie Manibus. —
quod attinet ad vitulum Cæli Domini litamini destinatum, N.
debet fuisse per trimestre spatium in mundo caulæ loco separatus;
vitulus autem principis Heu cie litamini adhibendus F.f.
quivis obvius potest esse usui: atque id fit, ut servitium O.
quo colitur cæli Spiritus, distinguatur à servitio quo coluntur
hominis Manes. — quia tamen omnes res suam a J.
cælo trahunt originem, et homines suam à suis Avis, ideo
princeps Heu cie, (nempe Avus, seu conditor familiæ imperialis
Cheu,) confertur cum cæli Domino: — hoc autem litamen L.
Kiao fit ad maximas omnium rerum principio gratias K.K.K.
persolvendas, et ad illud mente recolendum: — Deinde
hæc addit interpres Chin hao: princeps Cie, seu Heu cie
est tantum alicujus hominis Manes; ideo vitulus ad ei litandum,
quivis obvius potest servire.

3º — Lib. Rituum art. 24.: fit litamen Kiao ad maximas B. - 3.
cælo grates persolvendas, et pro vicario ejus signo apponitur
Sol, Solique Luna adjungitur tamquam ejus correlativum,
aut comparativum: — item ibi Interpres Chin hao
sic: rationis practicæ, seu rectæ agendi viæ magna origo à
cælo venit; et inter appensa, quæ claré se produnt astra nulla
maiora quam Sol, et luna. — iccirco finis instituti istius
ritus quo fit litamen Kiao in suburbano aggere ad maximas
cælo persolvendas grates, et pro vicario ejus Spiritus signo F.f.
apponitur Sol, est magnopere mysteriosus, ac reconditus. —
quamvis inquit Author Fam, hoc litamen Kiao sit ad grates
cælo persolvendas, quia tamen cælum summa maiestate
excellit, ideo non apparent ejus res, nec actio; unde potest

quidem assumi ejus uia, seu ejus agendi ratio ad ei litandum sed non possunt assumi ejus res, aut actio pro uisibili cultus signo; iccirco tantum assumitur Sol pro uicario ejus signo: quemadmodum Rex, seu Imperator, dum aliquem conuiuio tractat, id comittit primario alicui præfecto, qui ejus uices gerat; — dum filiam in matrimonium tradit, id committit alicui Regulo, qui ejus vices gerat; — Deinde dum alicui litatur, etiam adjuncto illius comparatiuo, aut correlatiuo

W. litari solet; ideoque Soli litando litatur et Lunæ ejus comparatiuo, aut correlatiuo. Sic litando terræ, seu agrorum Spiritui, litatur et principi Keu Lum ejus comparatiuo; litando frugum Spiritui, litatur et principi Ki, seu Heu cie ex familia Cheu ejus comparatiuo.

Hi nimirum ambo Principes olim rem agrariam multum promouerant, ideo sic comparatiué illis litabatur. Nota tamen aliter Luna comparabatur cum Sole, aliter illi Manes cum agrorum, et frugum Spiritu. — in litamine Kiao seu Cæli, Luna comparabatur cum Sole, ita tamen ut utrumque esset tantum signum Cæli repræsentatiuum, ut jam dictum, diuerso quidem modo, Sol tamquam diei et Luna tamquam noctis præses; in litamine autem Xe cie, seu agrorum, ac frugum, illi Manes comparabantur cum agrorum, ac frugum Spiritu, sed ita ut uere et illis Manibus litaretur et agrorum ac frugum spiritui; comparatiue tamen, seu comparando illorum Hominum gesta, ac beneficia, cum agrorum ac frugum Spiritus effectis, ac beneficiis.

4. C. 4. — Lib. Rituum art. 27.: ausim te, inquit princeps Ven Cum alloquens Confucium, magister, interrogarem: vir sapiens in Cæli via, seu Cæli agendi ratione, quid est quod maximi facit? maximi facit, reponit Confucius ejus assiduum sine ulla umquam intermissione ac sine cursum. — dum enim Sol et Luna modó ab Oriente modó ab Occidente sibi inuicem succedentes, sine fine, ac intermissione semper uoluuntur, illud est Cæli uia. — dum cælum post multa annorum milliá, numquam tamen agere, ac uolui desinit, istud est cæli uia. — dum sine actione, (nempe uisibili) et cónatu res facit, istud est cæli uia; dum postquam facta sunt, clarissime se produnt, istud est cæli uia.

Ad Hæc Interpres Chin Hao, citando Authorem Lieu, sic: Effiuis illa motrix arcano modo sine intermissione agens, non possit facile explicari, atque exprimi; completo tamen suo effectu, se clarissime spectabilem prodit: dicitur autem, sine actione, et conatu res facit, id est non cernitur ejus, effectum producentis uestigium; sed tantum cernitur effectus, postquam est completus. — Hinc, inquit Mencius, unicum est Cælum quod potest uere dici magnum, et unicus princeps Yao qui potuit illud perfecte imitari.

5. — Compendiosa lib. Carm. compilatio tom. Cheu Cum oda Ngo çiam: princeps Vu uam, refert liber Rituum cap. Yo Ki, deuicto hoste Cheu, litauit in imperialis palatij aula. — Imperator Xin Num, inquit nona expositio, litauit in imperialis palatij aula, eratque tecta, nec in quatuor mundi partes aperta. — Imperator Hoam Ti, ait liber Tum Tien, demisso in terram suppliciter corpore, in imperialis palatij aula litauit Cæli Domino. — Ergo tunc imperialis palatij aula erat litaminis locus, et ab omni æuo etiam semper fuit. — Princeps Cheu Cum tantum inchoauit illud parentale honoris litamen, quo Patrem suum Ven Vam cum Cæli Domino contulit, et ab hoc libellus dictus filialis obedientia celebrat filialem ejus obseruantiam. E. 5.

6. — Interpres Çay hiu chay ad lib. 2. Mencij cap. 2. sic: rursus ista imperialis palatij aula seruiebat ad colendos illos quinque Homines dictos Ti idest priscos Imperatores, et illos quinque imperij ministros dictos Xin, idest uiros spirituales, descriptos in cap. Yue Lim lib. annal. imper. quibus libamina ad quatuor mundi plagas uná offerebantur. F. 6.

7. — Lib. Rit. art. 11. Sic interpres Chin Hao citan- SN. 7.

do Interpretem Chu hi quia pater, inquit Doctor Chu hi,
est is, a quo genitus sum; et Cæli Dominus est primus rerum
genitarum parens, seu primum principium, idcirco, inito
ratiocinio, pater cum Cæli Domino confertur, et illi cum Cæli
G. Domino unà litatur in imperialis palatij aula. — Hic discursus
recte concludit. — At petes: in suburbani aggeris
loco aperto litatur principi Heu cie, conferendo illum cum
cælo; in imperialis palatij aula litatur principi Ven vam
conferendo illum cum Cæli Domino; Cæli Dominus nihil
est aliud quam Cælum, et Cælum nihil aliud quam Cæli
Dominus; eccur ergo ista libaminis diversitas? sic respondet
idem Doctor Chuhi: quia in erecto aggere litatur, ideo dicitur
cælum, seu ideo dicitur litari Cælo; litando sub tecto,
quia illi litatur ut Cæli, ac terræ spiritui, ideo dicitur Cæli
Dominus, seu ideo dicitur litari Cæli Domino. — Et
H. certe quod attinet ad illud litamen Kiao seu Cæli; præteriti
Authores inter se dissentiunt; alij mense Cu, alij In fieri
volunt; alij distinguunt imperij Cheu ritus a ritibus
Regni Lu; alij censent litamen Kiao in suburbano loco
non esse idem ac litamen in rotundo monticulo, seu aggere;
alij existimant litamen Cæli, et litamen adorandum pro
frugibus fuisse duo diversa loca suburbana, vel duo diversa
litamina in loco suburbano; nunc cum hæc omnia non possint
amplius clare discuti, ideo standum eo quod dicit
Doctor Chu hi.

8. K. 8. — Compendiosa lib. Carm. compilatio tom. cheu sum
oda ngo ciam: hoc parentale honoris litamen, quod in
imperialis palatij aula fiebat principi Ven vam erat
ad eum conferendum cum Cæli Domino: unde dicitur:
qui imperialis aulæ litamini præest et ad quem hoc dirigitur,
est Cæli Dominus. — Paulopost: in imperialis palatij
aula dispositio signorum hæc erat: Cæli Domini signum
stabat in medio; principis Ven vam signum in
parte Austro-occidua; utrumque Orientem spectans.

9. — Interpres Çay hiu Çay in lib. Scientiæ Adultorum explicans R. 9.
hæc interpretationis Doctoris Chu hi verba: Cæli via assidue
agens omnia producit, sic ait: Non dicitur terra seu
terræ via; quia terra, si sumas cælum pro corpore sensibili; intra E. 6. -
illud concluditur; si sumas pro vitali aura, vitalis terræ
aura realiter est ipsa vitalis cæli aura. — Cælum est totus
et integer productor rerum Dominus, et ad rerum productionem G. 9. -
tantum accipit à terra alimenti sustentationem. — Ideo
terra non potest Cælo æquiparari, et cum eo conferri. —
Dum dicitur Cælum, terra in eo comprehenditur.

10. — lib. Rit. art. 2.: Imperator litat Cælo, ac terræ, S. 10.
quatuor mundi plagis, montibus, fluminibus ttt. (nempe eorum
spiritibus). — tum Interpres Chin Hao refert Authorem
Liu sic dicentem: Hic locus exorbitanter tractat litandi
leges; in solstitio hyemali litat Cælo; in æstivo, terræ;
(nimirum vel in terræ suggesto, de quo infra, vel eodem
Cæli litamine, terram comprehendente, sub diverso tantum
nomine) in quatuor anni tempestatibus litat quatuor mundi
plagis ad excipiendam successive diversam aeris temperiem
ttt. — Deinde idem Author hunc locum in variis reprobat.
—

11. — lib. Rit. art. 3. Imperator litat Cælo, ac terræ, Regulus S. 11.
suæ terræ, seu agrorum ac frugum suggesto; primarius
præfectus, seu Toparcha, facit quinque domus litamina. —
Imperator etiam litat celebrioribus imperij montibus, et
maioribus fluminibus ttt. Hæc omnia intellige de eorum spiritibus.
— Rursus pené idem habetur in eodem lib. Rit. art. 9.

12. — Interpres Çay hiu Chay. in lib. Immutabilis medij A. 12.
art. 19. sic: ~~H~~ Eccur igitur litamen Cæli sub dio vocatur
locus suburbanus, seu locus extra urbem? — dicitur locus
extra urbem, ut opponitur parentali domui, seu ædificio. —
Parentale ædificium, seu domus, est repræsentatio hominis Manium.
— Homo dum vivit in domo aliqua (Magistratus
in domo publica) habitare consuevit; idcirco, postquam

obiit ad offerendum res / nempe cibum, et potum / quibus vivens T.e. alebatur, erigitur ædificium, seu domus. — Quod autem attinet ad Cœli, ac terræ Spiritum, ipse non habitat in aliqua domo; idcirco erigitur terræ agger, non vero domus. — Sic nunc montium, fluminum, regionis, seu agrorum, frugum T. Spiritibus erigitur terræ agger. — — Deinde imperiale terræ suggestum ad litandum terræ Spiritui, idem est ac terra. — Enim vero quî habeatur rursus alia terra præter terræ suggestum? ideo Doctor Chu Hi, [illegible] assumendo sententiam Interpretis V fum hu, negat haberi Borealem suburbani aggeris locum ad litandum terræ; et pro se citat lib. Rit. imperij Cheu, et lib. Rit. cap. Kiao te sem; adeoque videtur de hoc dubitari non posse. — Quod attinet ad Interpretem Lin chuen V, qui existimat Imperatorem litasse terræ in quadrata suburbani Borealis aggeris fossa, hic tantum nititur lib. Rituum verbis. — Deinde citat Interpretem Hu: Imperator, inquit Doctor Hu, quia summa, ac suprema maiestate excellit, ideo tantum ipse litat in terræ suggesto; nimirum hic Author Lin chuen V, nesciebat quod imperiale terræ suggestum idem esset ac ipsa terra.

E. e. Idem Interpres Çay hiu chay paulo infra sic: olim Imperator Ym Xao sic interrogavit Doctorem Çim: isti litaminum ritus, inquit, etiam videntur non satis rationi cohærere: dicitur enim: ea quæ nunc in litaminibus Cœli, terræ, fluminum, montium offeruntur, sunt tantum quædam res, quæ hominum potui, ac cibo inserviunt; enim vero quî Cœli, terræ, montium, fluminum Spiritus revera possint illa comedere, ac bibere? Cui Doctor Çim: Hæc doctrina, inquit, est quid omnino imutabile.

13-V. 13. — lib. Pe hu tum, seu communis Regiorum Professorum sensus, art. Xe cie: Imperator, inquit liber Rit. cap. San Chim, habet duo terræ suggesta; alterum, quod pro suo imperio erigit, dicitur maximum, ac primarium suggestum; alterum, quod pro se erigit, dicitur Imperatoris suggestum. — Sic et Regulus erigit unum pro suis populis, quod vocatur Regni suggestum; alterum pro se, quod vocatur Reguli suggestum. — Paulo post: terræ, ac frugum suggestum situm est extra mediam parentalis ædificij portam, et intra primam nempe externam. — Rursus paulo post: Hoc terræ, ac frugum suggestum dexteram, parentale ædificium lævam tenet. — Iterum paulo post: Primarius Præfectus, inquit liber Rituum art. Ci fa, qui sub se aliquam populi turbam habet, erigit terræ suggestum, et dicitur suggestum constitutum. — Paulo infra: Terræ suggestum extat sub dio. — Denique paulo infra: Terræ subjecto præfectus, inquit liber Cheu quon, serat in eo arbores juxta cujusque regionis qualitates; — et paucis verbis interjectis: Petes: Eccur Imperator ipsemet litat in hoc terræ ac frugum suggesto? R.: istud terræ suggestum, idest terræ Spiritus. — Terra omnia gignit; ideo est id, quod maxime spectat Imperium. — Quia autem illum veneratur, ac maximi facit Imperator, hinc ipsemet ei litat. — Rursus petes: quantum est illius suggestus spatium? R. imperiale terræ, ac frugum suggestum, inquit liber Chun cieu Ven y, est amplum quinquaginta cubitis; Regale 25. — Ecquis color? R. maximum, ac primarium Imperatoris suggestum, inquit Interpres libri Chun cieu ad ortum cæruleo, ad Austrum rubeo, ad Occasum albo, ad Boream nigro colore depictum est; et facies superior flavâ glebâ compersum. —

14. — Interpres Chu hi in 2. lib. Mencij cap. 8: Ista H.h. 14. vox Xe, / nempe terræ, vel Regionis suggestum / significat terræ, seu Regionis Spiritum; vox Cie, / nempe frugum suggestum, quod erat unum et idem / significat frugum Spiritum. — V. Dum aliquis terræ tractus in regnum erigitur, statim construitur aliquod terræ suggestum, quod humili muro circumdatur, ad litandum terræ ac frugum Spiritui.

15. — Lib. Ann. Imper. cap. Chao kao sic: Postea die N.n. 15.

sequenti dicto Tim su, oblatæ sunt duæ victimæ in litamine
Kiao seu Cæli sub dio; nimirum boues duo. — altero die
sequenti dicto Vu u, intra nouam urbem litatum est terræ
Spiritui in terræ suggesto; — victimæ, bos unus, agnus,
uel hædus unus, porcus unus. — Ad quem locum sic Interpres
Çay Xin: litamen Kiao est litare Cælo, ac terræ; ideo oblati
sunt duo boues. — litando terræ Spiritui in terræ suggestu,
oblatus est bos (nempe maior); sic enim præscribunt
ritus. — hæc litamina ad admonendum de completo nouæ urbis
opere. — hanc autem interpretationem sic refellit sequens
Interpres: —

16.-T. 16 — Lib. Rit. art. 11. Interpres Chin Hao citando Doctorem
Chu Hi, ita ait: Non habetur, inquit Interpres V
X. fum, Boreale Kiao, seu locus sub dio in boreali suburbio
ad litandum terræ; sed tantum litatur in terræ suggesto,
et hoc est Boreale Kiao. — Ista interpretatio est bona.
N.n. - — Deinde sic pergit idem Interpres Chin Hao: Interpres
quidem Çay (nempe Çay Xin) explicando Cap. Chao
Kao lib. annal. imper. in quo dicitur: Oblatæ sunt duæ
victimæ in litamine Kiao, seu Cæli sub dio, nimirum duo
boues, ibi existimat istos duos boues fuisse ad litandum Cælo,
ac terræ; sed id non est uerum. — quod enim attinet
ad istos duos boues, eorum alter erat ad litandum Cæli Domino,
alterum ad litandum principis Heu Cie (scilicet Conditoris
familiæ Cheu, quem conferebant cum Cælo, ut ibidem
dicitur) Manibus. — litare autem intra nouam urbem
in terræ suggesto, istud est litare terræ; et ideo oblatus
est bos nempe mayor. Hic uide num. 51. infra.

Z. 17. - Lib. Rit. art. 23. Cum princeps Kum Cum adeptus
fuisset, aut sibi ~~jugulasset~~ subjugasset totas nouem
Chinæ Prouincias, postea ejus filius dictus est Heu tu,
idest terræ Præfectus, seu in terram dominans; et quia
nouem illas Prouincias tranquillitate donauit, ideo in terræ
suggesto, illi, ut terræ Spiritui litabatur.

18. — Dictionarium in littera Xe: ista littera Xe significat H.h. 18.
Spiritum terræ omnium gignentem. — Quidam prisci uiri, qui P. f. —
optime de imperio meriti fuerant, cum illo conferebantur, et cum
illo illis litabatur; sic Principis Kum Cum filius nomine Heu Y —
Lum, appellatus est Heu tu, cumque aquas exundantes repressisset,
ac totam Regionem pacasset, ideo in terræ suggesto litatum
est ei, ut terræ Spiritui; istæ uoces Heu tu sunt nomen
Præfecti terræ. — Hinc sæculares homines terræ suggesti Spiritum
uocarunt istum terræ Præfectum.

19. — Lib. annal. Imper. cap. Vu chim: quod attinet ad
peccata istius familiæ Xam (nempe Imperatoris Xeu ex familia
Xam) ego admonui maximum Cælum, ac densissimam terram;
(nimirum maximi Cæli, ac densissimæ terræ Spiritum,
seu potius Dominatorem Cæli, et Dominatorem terræ); ad
quem locum sic Interpres Çay Xin: ista bina uox densissima
terra sinice Heu tu idest terræ suggestum, seu terræ suggesti Y —
Spiritus. — Princeps Heu Lum, dictus est Heu tu; scilicet
terræ Præfectus. Hunc autem interpretem sic arguit quidam
Christianus Baccalaureus nomine Paulus cognomine Nien
in Manuscriptis: Hæc interpretatio in duobus errat: illa
enim uox Maximum sinicè Hoam, hic non significat maximum,
sed significat principem, seu Dominatorem; et ista b L. —
uox Densissimam, sinice Heu, hic non significat densissimam,
sed significat etiam principem, seu Dominatorem; (Nota:
hæc utriusque uocis significatio, est ea quæ primo loco
ponitur in Dictionario). — Unde dicendo Dominatorem Cæli,
et Dominatorem terræ, seu Dominantem in Cælum, et in terram,
intelligitur Xam Ti, seu Cæli Dominus, ac Rector;
Cælum enim, ac terra à Cæli Domino, seu Xam Ti, facta sunt.
Enim uero Cæli Dominus tantum dominabitur in Cælum, et
non dominabitur in terram? Cum ergo Cæli dominium
sit penes Cæli Dominum, seu Xam Ti? dic quæso, penes
quem alterum erit terræ dominium? —

Deinde refutans id, quod dicitur de isto principe Heu tu A. a. —

ſeu terræ ſuggeſti ſpiritu, ſic ait: Id quod Interpretes vocant Heu tu, eſt tantum nomen alicujus viri terris præfecti. — Et ſic Liber Rituum cap. Çi fa art. 23. Principis Kum Cum filium vocat Heu tu; et quia totas novem Chinæ Provincias tranquillitate donavit, ideo in terræ ſuggeſto illi ut terræ Principi litatum eſt. — Hic filius dicebatur Keulum, ſed Keu lum eſt tantum hominis nomen; atque hinc Interpres libri Chun Çieu dixit hunc Keulum eſſe Heu tu, quia Heutu eſt Præfectus aquarum et terrarum curam gerens; fortaſſe princeps Keu lum olim hoc officio functus eſt. — Sed ob hoc tantum illi litabatur comparando eum cum terræ ſpiritu; unde Doctor Chim hiuen ait: Dum dicitur quod in terræ ſuggeſto unà cum terræ ſpiritu litaretur principi Heu Lum, comparando eum cum hoc terræ ſpiritu, ob ſua in reprimendis aquis, et pacandis terris merita, non ideo dicitur quod hoc eſſet litare illi, ut terræ ſuggeſti ſpiritui.

20. B. b. — 20 — Liber Chriſtianus manu-ſcriptus dictus Sim my pien, agens de Sinenſium idolis pene omnibus, ſic in art.° Chim Hoam: iſtæ duæ voces Chim Hoam, ex ſe nec ſignificant ſpiritum, nec hominem; ſed primus familiæ Çin Imperator cognomine Çu Ma nomine yen, hoc ſic erexit: Cum Provinciarum Præfecti male fungerentur ſuo officio, nec bene populum regerent, ipſe aſſumpto celebri militiæ præfecto cognomine Quon nomine ym, qui olim ſub duce Poy cum, primo familiæ Han Imperatore, arma ſeverat erexit in anteriori Præfectorum aula ſignum aliquod ligneum, quod vocavit Chim Hoam; et quia iſte militiæ præfectus Quon ym ſe fideliſſimum erga Imperatorem Poy Cum geſſerat, ideo eum vocavit alterius vitæ præfectum, qui hujus vitæ præfectis invigilaret, eorumque regimen examinaret. — Cum autem iſtud ſignum Chim Hoam ab imperante familia Çin ſic erectum afferret varia incōmoda, poſtea extra publicas Magiſtratuum domus extructum eſt fanum, erecta effigies, illi litatum. — Seculares homines non examinantes ejus originem, ſed errore errores propagantes, in omnibus totius urbis rebus, in morte, in vita, in morbis, in malis, ſperant ab eo auxilium; omnes Magiſtratus parvi, et Magni, antequam ſuſcipiant officium, illud venerabundi adeunt; et deinceps 1.° ac 15.° cujuſque menſis die, illud adeuntes offerunt incenſum, et preces pro impetrandis populo bonis, et avertendis malis.

21. — Liber manu-ſcriptus cujuſdam Chriſtiani Licenciati cognomine Kieu nomine Sinico Xim chin, in cap. yn ſu ſi li idest prava libamina contra ritus, ſic: Conditor præcedentis articuli ut ſupra in Textu. C. c. 21.

22. — Lib. Sent. art. 20.: Ego Ly puer parvulus auſus ſum aſſumere, ſeu offerre vitulum nigrum, et manifeſte admonere Hoam Hoam Heu Tu. — Quem locum explicans Interpres Cham Kiu chim, ſic ait: Hoam idest magnus; Hoam Hoam Heu tu, idest, Hoam Cælum, et Heu terra, nempe magnum Cælum, et denſa terra. — Sic enim ibidem ait: G. g. —
auſus ſum manifeſte admonere Hoam Cæli, et Heu terræ Spiritum. — Vel iſtud Heu, et Hoam explica ut ſupra. — Vide pene idem in Cap. 2. ſect. 2. 4. 5. num. 2. Littera B.

23. — Lib. annal. imper. cap. Tay xi: Ego inquit Princeps Vu Vam, litavi Cæli Domino; deinde litavi in magno terræ ſuggeſtu propter vos omnes ad exequendam Cæli punitionem. — Quem locum explicans Çay xin, ſic ait: Ego I. i. —
admonui Cæli, ac terræ Spiritum, propter vos omnes ad exequendam cæli punitionem in imperiali familia Xam.

24. — Lib. Rit. art. 10. — Litare Cæli Domino ſub dio in ſuburbano aggere, eſt ſummæ venerationis teſtimonium. K. k. 24.

25. — Lib. Rit. art. 9.: Imperator in litando Cæli Domino ſub dio in ſuburbano aggere, ſtabilit ſuam à cælo acceptam dignitatem; et in litando terræ ſpiritui in maximo terræ ſuggeſto, demonſtrat terræ utilitatem. — Ad quem locum ſic Interpres Chin Hao: Dum Imperator debito honoris ritu cælum venerari novit, tunc imperium etiam novit K. k. 25.

debito honoris ritu Imperatorem uenerari; iccirco dicitur: su-
am à Cælo acceptam dignitatem stabilit. — Deinde omnes
escæ, et opes ad usum necessariæ, à terra proueniunt, dum
ergo Imperator ipsemet litat Heu tu scilicet Spiritui in ter-
ram dominanti; tunc demonstrans terræ utilitatem, uerè ef-
ficit, ut imperium noscat rerum principio grates agendi ri-
tum.

26. K.K. — 26. — Lib. Rit. art. 21. In solstitio hyberno, inquit Præfec-
tus Mem hien, primo anni mense conuenit seruire Xam
Ti, seu Cæli Domino. — Seruire Cæli Domino ibi ait
Interpres Chin Hao, idest litare sub dio in suburbano ag-
gere.

27. M.m. — 27. Rit. art. 3. Vitulus destinatus ad litandum Cælo,
ac terræ, debet esse ejusmodi, ut tantum incipiant illi
pullulare cornua instar bombycini glomeris, aut Cas-
taneæ. — Sed hic uitulus terræ non est uitulus terræ sug-
G.g.g. gesti; nam imediate ante idem liber sic dixerat: Imperator
litando in suo terræ suggesto adhibet bouem; Regulus litan-
do in suo terræ suggesto adhibet agnum, uel hædum, seu Ouem
uel Capram. — Deinde quod hic terræ suggesti bos non esset
idem, ac ille uitulus tener, patet ex eodem lib. Rit. art. 11. ubi
dicitur: In litamine Kiao, seu Cæli sub dio, adhibetur unica
et singularis uictima. / nempe iste tener uitulus / in litami-
ne autem terræ, et frugum suggesti adhibetur bos. Ad quem
Locum sic Interpres Chin Hao: Subinde Ritus pluris faciunt
paruum, quam magnum; iccirco inter hæc duo, pluris
fit, plurisque æstimatur unica, et singularis uictima, nempe
paruus uitulus, quam bos; / nempe uel maior uitulus, uel
magnus bos. /

28. O.o. — 28. — Lib. Rit. art. 10. Imperator dum alicujus reguli reg-
num appellit, Regulus illi tenellum uitulum offert; ad quem
Locum sic Interpres Chin Hao: Imperator dum litat Cælo, u-
num duntaxat uitulum offert; pari modo dum uisitat Regu-
li ditionem, Regulus ille unum etiam duntaxat uitulum of-
fert; quia Ritus, quo colit Imperatorem, est sicut ille, quo Imperator
colit Cælum.

29. — Lib. Imut. medij art. 19. — Ritus ille Kiao Xe, seu P.p. 29.
litandi Cælo, ac terræ, est id quo seruitur Cæli Domino, seu
Xam Ti. — ad quem locum sic Interpres Chu Hi: Kiao idest li- L.l. —
tare Cælo; Xe, idest litare terræ; non dicitur: Seruitur S.
Heu tu, seu dominanti in terram, uel densæ terræ; quia
est modus loquendi, et oratio compendiosa. —— Ad hunc e-
undem locum sic Interpres Cham Kiu chim: Kiao idest litare
Cælo; Xe, idest litare terræ; Xam Ti, idem est ac Cæ- L.l. —
lum. — Dum dicitur Xam Ti, in eo comprehenditur Heu tu. S.
— Deinde paulo infra, sic: Ritus ille Kiao Xe, siue fiat
in rotundo aggeris culmine, / scilicet Kiao / siue in qua-
drata aggeris fossa, / scilicet Xe / est id, quo seruitur Xam
Ti, et Heu tu, ut exhibeatur gratitudo pro uirtute illa,
qua res reguntur, et sustentantur; producuntur, et perfici-
untur. — Quotidiana 4. libr. explicatio ad eundem lo-
cum, pene iisdem uerbis, idem habet; et postea sic addit:
Hoc Kiao Xe, seu Cæli ac terræ litamen, est id quo liba-
tur Xam Ti, seu Cæli Domino.

30. — Vera lib. Imut. ac product. expositio part. Xue qua- R.r. 30.
chuen art. 5.: Dum terra, inquit author Lin cu yay, res
omnes alit, est seruitium, quod pro rebus subit; ratio au-
tem cur terra res omnes alat, est quia Cæli Dominus in
eam dominatur: hic Cæli Dominus terram jubet id seruitij
subire, ac sustinere.

31. — Interpres Cay Hiu chay in lib. Imut. medij art. 1.
sic: quando, inquit Doctor Chim ista uox Cælum soli-
tariè dicitur, significat uiam, aut rationem practicam
seu agendi uiam. — Et paulo post: Doctoris Chu Hi
interpretatio asserens, dum dicitur Cælum, non con-
ferri cum illo terram, illique æquiparari; etiam per V.u. —
uocem Cælum intelligit rationem, nempe id quod dicitur:
Cæli Dominus, ac Rector infundit internam naturæ rati-

onalis rectitudinem. — Et id, quod dicitur: Cæli Lex est ratio
S. s. – naturæ infusa. — Deinde paulo infra: quidquid terra producit,
id omne à Cælo sibi comunicante accipit; iccirco dicitur terra
nullo modo posse cum cælo conferri, illique æquiparari. Atque
hæc est ratio, cur dicitur tantum Cæli Lex.
T. t. 32. – 32. — Interpres Çay Hiu Chay in lib. Imut. medij art. 29.
Cælum, ac terra est unicus Spiritus destruens, ac gignens, seu
in Cælo, ac terra est unicus Spiritus destruens, ac gignens; Spiritus enim juxta Sinas uideri non potest, utpote corpore, et
figura expers.
33. X. x. 33. Lib. annal. Imper. cap. Tay Xi: uir, qui ueritate perspicatia, intelligentia excellit, agit populi principem.
34. X. x. – 34. lib. annal. imper. cap. Xun tien: omnibus Regulis, ac Dynastis sua insignia destribuit Imperator Xun.
35. X. x. 35. – lib. annal. imper. cap. Tay Kia: tunc uicini populi dicebant: expectamus, et anhelamus nostrum principem:
cum noster princeps uenerit an non sumet uindictam?
36. X. x. 36. – lib. annal. imper. cap. Kem puon: Ego, inquit Imperator Kem puon, recordor meos prædecessores Spirituales imperatores, uestrorum maiorum operâ usos fuisse. — Vbi nota:
hic liber uocat Spirituales imperatores, Sinice Xin heu,
iisdem uerbis, quibus uocat excelsi Cæli Spiritualem regem,
ut dixi in Cap. 1. Sect. 2. §. 3. num. 5. Littera E.
37. X. x. 37. – lib. Carm. tom. Ta ya, oda Hia uu: tres illi defuncti Principes in Cælo exsistunt.
38. Z. z. 38. – Dictionarium in littera Heu: ista bina uox Heu tu
indicat quod terra sua densitate, ac soliditate res sustineat.
39. — Quidam Christianus, qui 20. circiter annis in duabus paruis urbibus fuit Baccalaureorum Præfectus semel,
interrogatus, Vtrum illa bina uox Heu tu significaret Reginam terram; cum istam reginæ terræ interpretationem
cum risu excepisset, et negatiue respondisset; sequenti die,
haud minime cogitanti, nec ante petitam mihi attulit scripto
explicationem, asserens eam haberi in aliquo grandi libro

Doctoris Chu Hi, dicto Yu Lui: ista uox Heu duplicem habet significationem; v. gr. ngo heu, yuen heu; significat
nostrum principem, populi principem. — Heu fi significat
Reginam. — Quod autem attinet ad istas duas Literas Heu tu; Z. z.
primò, ista littera Heu, (de littera Tu non dubitatur, significat enim terram) etiam significat Densus, a, um; de- W. W.
inde et significat Dominans in terram, iccirco dicitur Heu
(idest Princeps, Rex, Dominus etc.) Tu. — hîc ista uox Heu
non significat Reginam: explicando per uocem Reginam est
error. YY. 40.
40. – lib. Rit. art. 25. Sic Interpres Chin Hao: dum homines uiuunt, corporis substantia est illis diuersa; iccirco mariti,
et uxoris ordo consistit in sexûs diuersitate; postquam autem
obierunt, simplicissimus aer, uel subtilissima aura non est
discreta, seu intelligens spiritus non est diuersus. Una tantum comunis mensa, seu mensula apponitur.
41. – lib. Rit. art. 10.: iccirco prisci Imperatores propter A. a. a. 41.
Cælum inseruiebant Cælo, et propter terram inseruiebant terræ. Ad quem locum sic Interpres Chin Hao: quia Cælum
est quid honorabilius, ideo sanciuerunt seruiendi Cælo ritus;
et quia terra est quid uilius, ideo sanciuerunt terræ ritus.
— Et hoc est, quod uocatur Kiao Xe, nempe litamen Cæli,
ac terræ. — Vide num. sequent. 42.
42. – lib. Mut. ac product. in symbolo Hoan, significante dispersionem: Prisci Imperatores libabant Cæli Domino, et parentalia ædificia erigebant. — Ad hunc locum B. b. b. 42.
sic quotidiana huius libri Mutat. ac product. explicatio: dispersionis tempore, litaminis Kiao in suburbano aggere,
et parentalis ædificij ritus jacent, nec pene habetur, in
quo figantur Cæli Dominus, ac parentum Manes, siue in quo
figatur eorum cultus. — Si ergo non uniantur, (nempe per
mentem) siue te illis non unias, manebunt semper in illa
dispersione, et non colligentur, (nempe in mente; prisci Imperatores in suburbano aggere litabant Cæli Domino ad de-

monstrandum cæli Patris, ac terræ Matris ritum; et tunc cæli Domini perfectissimus, ac subtilissimus Spiritus per illud uisibile purissimæ uacuitatis spatium longè, latèque dispersus, colligebatur in superabundanti Litaminis Kiao cultu. — in imperiali sede erigebant parentalia ædificia ad grates agendas pro insignibus auorum beneficiis, meritis, ac uirtutis æstimatione; et tunc perfectissimus, et subtilissimus Auorum defunctorum Spiritus dispersus in profundissima obscuritate, colligatur parentalis ædificij libaminis tempore. | De hac collectione mentali, ac uiua repræsentatione agebatur in 2.° tractatu. | — Litabatur autem Cæli Domino, ut demonstraretur, ac sciretur esse sumá aliqua maiestas, adeoque omnes nossent uenerandæ sumæ maiestatis rationem; erigebantur parentalia ædificia, ut demonstraretur, ac sciretur esse proxima aliqua consanguinitas, adeoque omnes nossent diligendæ proximæ consanguinitatis rationem. — Pietatem igitur, et filialem obseruantiam unà simul seruari, ueritatem ad omnia extendi, res caliginosas appelli, ista est maxima, ac potissima regendi dispersionis pars. — Quod autẽ attinet ad dispersionis repræsentationem; quia hominum animi nec sententiis, nec affectibus sunt inter se uniti; ideo juxta cujusque conditionem, ac uires, frequentissimè uaria exoriuntur dissidia; oportet igitur, ut sit aliquid, quo excitentur, comoueantur, concilientur. — Si tandem ad pacis, et cordis unitatem redeant, tunc dispersio sponte coalescit. — — Iccirco Cælum colere, et Auorum Manes uenerari, est ueram pietatis, et filialis obseruantiæ mentem explere; tuncque omnes imperij incolæ, quia sciunt cæli Spiritum esse unicum Dominum, ideo non audent, cum sint inferiores, Superiorem offendere; et quia sciunt hominum, aliarumque rerum unicam esse originem; ideo non audent mortuorum cultus relinquere, et progenitores obliuisci.

43. A.a.a. ~~ai~~ 43. — Lib. Cheu Li, seu rituum imperij Cheu art. 3. — Hic Præfectus curat fieri sex pretiosa uasa ad ritus cæli, terræ, et quatuor orbis partium. Scilicet pretiosum uas Pie, cærulei coloris, pro cæli; Cum, flaui, pro terræ; quei, uiolacei, pro Ortus; cham, rubei, pro Meridiei; Hu, albi pro Occasus; Hoam, nigri, pro Septentrionis ritu. — — Ad quem locum sic Interpres Chin gin Sie: Vas pie, quia rotundum, cæli figuram; et quia cæruleum ejus colorem referebat. Sic uas Cum, quia quadratum, terræ figuram, et quia flauum, ejus colorem referebat. — Deinde ibidem alia quatuor uasa adaptabat quatuor priscorum Imperatorum Fo Hi, Xin num, Xao Hao, Chuen Hio qualitatibus, quibus, ut supra dixi num. 6. offerebantur libamina ad quatuor mundi plagas.

Deinde Dictionarium in Littera Pie sic habet. Vas pie, inquit D. — Liber Pe hu tum, foris erat sphæricum, ad repræsentandum cælum. A.a.a. et intus quadratum, ad repræsentandam terram. — Idem Dictionarium in Littera Cum, etiam sic: Vas Cum foris erat octogonum, seu octo angulis constans, et intus rotundum. — His octo angulis, octo mundi Rhombos, ac terræ figuram repræsentabat. — interna ejus uacuitas erat rotunda ad respondendum inexhaustæ recipiendi, ac sustinendi potentiæ, sic terræ uirtutem repræsentans. — Iccirco illud adhibebatur ad litandum terræ. C.c.c.44.

44. — Interpres Çay Hiu Chay in lib. Imut Medij art. 16. sic: Nunc homines tantum sciunt se à patre, et matre genitos; nesciunt autem causam, qua geniti sunt, uerè esse cæli, ac terræ uitalem auram, toti patri, ac matri parem.

45. — Lib. carm. tom. Siao ya oda Kiao: O remotissimum, D.d.d.45. et imensum Cælum, diceris Pater, et Mater.

46. — lib. annal. Imper. cap. Tay Xi: Populi princeps est D.d.d.46. ejus Pater, et Mater.

47. — Lib. Rit. art. 11. Imperator litando in magno terræ suggesto, excipit pruinæ, roris, uentorum, imbrium, atque adeo totius cæli, ac terræ aerem, seu uitalem auram. — Et paulo infra: hoc litamen terræ est id, quo agnoscitur, ac Spiritualizatur terræ agendi ratio. — terra omnes res sustinet; cælum astra suspendit; — è terra opes, è cælo norma accipi-

tur. — Hinc cœlum colitur, terra diligitur: quocirca docetur
populus optimum grates persoluendi modum. — Pater famili-
as, nempe primarius præfectus, in domûs meditullio, Rex in
regni suggesto litat terræ spiritui ad indicandum ~~terræ~~ prin-
cipium rerum. — Rursus paulo infra. Cur autem ad li-
tandum terræ spiritui in terræ suggesto, circumvicini pagi,
E.e.e. et oppida subministrant plena orizæ fercula, est, ut re-
rum principio grates exterius agant, et illud mente reco-
lant.
48. H.h.h. 48. — Lib. Rit. art. 5. Imperator in bellum profecturus litat
cœli Domino Litamine dicto Lui.
49. J.i.i. 49. — Lib. annal. universalium tom. 2.: Cum princeps
Vu uam rerum potitus fuisset, Reguli ejus familiæ Cheu
se se submittentes, illum in Imperatorem acclamarunt:
tum ipse litavit Cœli Domino, Litamine dicto Chay, seu
totam victimam concremando.
50. L.l.l. 50. — Lib. Rit. art. 6. — Hoc mense, 1º die dicto Sin,
Imperator pro frugibus cœli Dominum orat. — Ad quem
locum sic Interpres Chin Hao, — in Suburbano aggere
litatur Cœlo, et cum illo confertur Princeps Heu cie
ad orandum pro frugibus.
51. Æ. 51. — Lib. annal. Imper. Cap. Tay Xi: Imperator
iste Cheu negligit ritum Kiao xe, seu litandi Cœlo,
ac terræ. — Ad quem locum sic Interpres Cai xin:
Kiao est id, quo litatur Cœlo; Xe est id quò litatur
terræ..

50. 禮記月令第六。是
月也。天子乃以元
日祈穀于上帝。
。陳澔。郊祭天而配
以后稷為祈穀也。
51 書經泰誓下。郊社不
修。
。蔡沈。郊。所以祭天。
社。所以祭地。

45. 詩経小雅巧言。悠悠昊天曰父母且。
46. 書経泰誓上。元后作民父母。
47. 禮記郊特牲第十一。天子大社必受霜露風雨以達天地之氣也。 。社所以神地
之道也。地載萬物。天垂象。取財於地。取法於天。是以尊天而親地也。故教民美
報焉。家主中霤而國主社。示本也。 。唯社丘乘供粢盛。所以報本反始也。
48 禮記王制第五。天子將出。類乎上帝。
49. 全史卷二。武王踐位。諸侯受命于周尊武王為天子。 柴于上帝。

之表者。乃萃於郊祀之餘矣。立廟於國。以報祖功宗德之隆。而祖考之精神。散於杳冥之中者。乃聚於廟祭之時矣。夫享帝以明有尊。而人皆知尊尊之義。立廟以明有親。而人皆知親親之義。仁孝兼至。而誠無不通。幽無不格。此治渙之大者也。拯渙之象。因人各有心。不相聯屬。貫通而天下之勢。遂至乖離。必有所以鼓動感孚之。使歸於一。則渙者不求而自合。故敬天尊祖。自展仁孝之思。而天下之心。已知天神無二主。不敢以下而犯上。知人物無二本。不敢背死而忘生。

43. 古周禮春官宗伯第三。以玉作六器。以礼天地四方。以蒼璧禮天。以黄琮禮地。以青圭礼東方。以赤璋礼南方。以白琥禮西方。以玄璜禮北方。

。陳仁錫。璧員象天之形。蒼則象其色也。琮方象地之形。黄則象其色也。

字彙。璧字。白虎通。璧者外圓象天。内方象地。

字彙。琮字。外八角而内圓。八角取義八方。象地之形。中虛圓以應無窮。象地之德。故以祭地。

44. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十六。今人但知為父母所生。而不知其所以生者。固自有天地之氣在。均一父母也。

6.

29 。郊社之禮或行于圜丘。或行于方澤。蓋所以事奉上帝與后土。荅其覆載生成之德也。
中庸。日講第十九。有郊社之禮焉。郊以祭天。冬至祀天於圜丘。社以祭地。夏至祀地
於方澤。蓋所以奉事上帝與后土。荅其覆載生成之德也。○夫郊社之所以享帝。
30. 周易正解說卦傳第五。林次崖曰。坤養萬物。乃為物所役。然坤之所養萬物者。皆
帝主之。是帝致役事於坤也。
31. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第一。程子曰。夫天專言之則道也。
以地對者。以理言也。即所謂上帝降衷。即所謂天命之性也。○朱子註亦謂言天而不
得於天之所施。所以謂地對天不過也。所以獨言天命也。○凡地之所生。無非是
32 。蔡虛齋四書蒙引中庸第二十九。天地一鬼神也。
33. 書経泰誓上。亶聰明作元后。
33.34. 書経舜典。班瑞于羣后。
書経太甲中。乃曰。徯我后。后來無罰。
36. 。書経盤庚中。予念我先神后之勞爾先。
。蔡沈神后。先王也。

37. 詩経大雅下武。三后在天。
38. 字彙后字。又后土取厚載之義。
39 。后字有二義。我后元后皆是稱君。后妃是稱皇后。若后土則后字又作厚字看。亦是
君之土。故又曰后土。不是皇后。說皇后是錯了。
40. 禮記祭統第二十五。陳澔。人生則形體異。故夫婦之倫。在於有別。死則精氣無間。
共設一几。
41. 禮記禮器第十。是故昔先王。。因天事天。因地事地。。陳澔。因天之尊而
制為事天之禮。因地之卑而制為事地之禮。郊社是也。
42 。日講易経。渙卦。當渙之時。郊廟之禮廢。上帝祖宗幾於無主。使無以合之。將終
於渙散而不聚矣。先王享帝于郊。以明父天母地之禮。而上帝之精神。散於清虛

20 醒迷篇。論城隍。城隍者。原非神。亦非人。乃晉朝司馬炎所立也。因守土官治民不正。遂以漢沛公之將。名灌嬰者。竪一木牌於賛政廳。名為城隍。此將極忠於沛公。故称灌嬰為陰官。鑒察陽官為政。晉國所設城隍。其間甚有所得。後于衙門外。另造一祠。立像祀之。世人未察其来歴。以訛傳訛。一邑之事。及人之生死病疾患難。皆賴城隍保祐。不論大小官員新任。必要先謁城隍。然後上任。至於朔望之日。各官行香禱告。一邑之人之民禍福疾病。求其施救藏臧。

21 迷闇編。丘晟 振。淫祀非禮。明之太祖。初徹周制。築壇為南北郊。各至祀天於圜丘。夏至祀地於方澤。行之數年。而風雨不時。天多變異。乃定以正月行禮。祀天於南郊。餘皆統於此而從祀焉。

22 論語第二十。予小子履敢用玄牡。敢昭告于皇皇后帝。　○張居正。皇是大。皇皇后帝。即皇天后土。○敢昭告于皇天后土之神。

23 書經泰誓上。○類于上帝。宜于冢土。以爾有衆。底天之罰。○蔡沈。冢土大社也。
○告于天神地祇。以爾有衆致天之罰於商也。

24 禮記禮器第十。○祀帝於郊。敬之至也。

25 禮記禮運第九。故祭帝於郊。所定天位也。祀社於國。所以列地利也。
○陳澔。天子致尊天之禮。則天下知尊君之禮。故曰定天位。食貨貝所資。皆出於地。天子親祀后土。正為表列地利。使天下知報本之禮也。

26 禮記雜記下第二十一。○孟獻子曰。正月日至。可以有事於上帝。　○陳澔有事上帝。郊祭也。

27 禮記王制第五。○祭天地之牛角繭栗。
○天子社稷皆太牢。諸侯社稷皆少牢。
禮記郊特牲第十一。○郊特牲而社稷太牢。　○陳澔。禮有以少為貴者。故此二者皆貴特牲而賤大牢也。

28 禮記禮器第十。○天子適諸侯。諸侯膳以犢。　○陳澔。天子祭天惟用一牛。若巡守而過諸侯之境。則諸侯奉膳亦止一牛。其尊君之禮。亦如君之尊天也。

29 中庸第十九。○郊社之禮。所以事上帝也。　○朱熹。郊。祭天。社。祭地。不言后土者。省文也。
○張居正。郊是祭天。社是祭地。上帝。即是天。言上帝則后土在其中。

10 禮記曲禮下第二。天子祭天地。祭四方。祭山川。。陳澔。呂氏曰。此章泛論祭祀之法。各
日至祭天。夏日至祭地。四時各祭其方以迎氣。
11 禮記王制第五。天子祭天地。諸侯祭社稷。大夫祭五祀。天子祭天下名山大川。
12 。蔡虛齋四書蒙引中庸第十九。祭天何以謂之郊。外也。郊對廟言。廟是人鬼。人之生也。宮室而居。故
其死也。以生之所養食者奉之而為廟。若天地神祇。非室居者。故壇而不屋。今之山川社稷皆
壇也。天子之社便是地。豈社外又有地哉。故朱子取五峰胡氏之說。謂無北郊祭地之理。且引周
禮及郊特牲為證。似無疑矣。臨川吳氏乃反之。以為天子祭地於北郊之方澤。此只據禮記之
說。且曰胡氏以為天子之尊。亦只祭社而已。蓋不知天子之社即地也。。王應韶嘗問清曰祭祀之
禮亦有似無謂者。今祭天地山川。悉以人間飲食之屬。其實天地山川之神。豈能飲食此耶。清
謂此箇道理終不可易。
13 白虎通社稷。禮記三正曰王者二社。為天下立社曰太社。自為立社曰王社。諸侯為百姓立社曰國社。
自為立社曰侯社。。社稷在中門之外。外門之內。。右社稷左宗廟。。禮祭法曰大夫
成群立社曰置。。社無屋。。周官曰司社而樹之。各以土地所生。王者自親祭
社稷何。社者土地之神也。土生萬物。天下之所主也。尊重之故自祭也。其壇大何。如春秋文
義曰。天子之社稷廣五丈。諸侯半之。其色如何。春秋傳曰。天子有太社焉。東方青色。南方赤色。
西方白色。北方黑色。上冒以黃土。
14 孟子卷七盡心下。朱熹。社土神。稷穀神。建國則立壇壝以祀之。
15 書經召誥。越三日丁巳。用牲于郊。牛二。越翼日戊午。乃社于新邑。牛一。羊一。豕一。 蔡沈。郊祭天地
也。故用二牛。社祭用太牢。禮也。皆告以營洛之事。
16 禮記郊特牲第十一。陳澔。又曰五峰言無北郊。只祭社便是。此說却好。。今按召誥用牲于郊。
牛二。蔡氏以為祭天地。非也。牛二。帝牛。稷牛也。社于新邑。祭地也。故用太牢。
18. 17 禮記祭法第二十三。共工氏之霸九州也。其子曰后土。能平九州。故祀以為社。
字彙社字。土神能生萬物。以古之有大功者配之。共工氏有子曰句龍。為后土。能平水土。故祀
以為社。后土官名。故世人謂社為后土。
19. 書經定武成。底商之罪。告于皇天后土。 。蔡沈。后土社也。句龍為后土。
詩經辨錯解。。嚴保祿辨曰。此解有兩未當。皇君也。后亦君也。君天君土。言上帝也。
天地皆上帝所造成。豈上帝獨君天而不君土乎。豈君天屬之上帝。君土尚有他屬
乎。
。註所言后土。官名也。此本祭法共工之子曰后土。能平九州。故祀以為社。句龍人名也。
此本春秋傳句龍為后土。蓋后土掌水土之官。句龍嘗居是官。然此不過以為祭之
配而已。鄭玄云句龍以有平水土之功。配社祀。非謂即祀之以為社也。

1 詩經周頌我將。說約集解。濮氏曰。文王之祀。既不敢同后稷于郊。又無屈天神于宗廟之禮。故特尊其祀于明堂。斯爲曲盡矣。問天即是帝。却分祭何也。朱子曰。爲壇而祭。故謂之天。祭于屋下。而以神祇祭之。故謂之帝。 。曹氏曰。以天道事之。則藁秸爲席。陶匏爲器。繭栗之牲。掃地而祭。以帝道事之。則牛羊爲牲。簠簋爲器。罍俎之寔。其薦用熟。

2 禮記郊特牲第十一。郊之祭也。迎長日之至也。 。大報天而主日也。兆於南郊。就陽位也。掃地而祭。於其質也。器用陶匏。以象天地之性也。 。戴冕璪十有二旒。則天數也。乘素車。貴其質也。旂十有二旒。龍章而設日月。以象天也。天垂象。聖人則之。郊所以明天道也。 帝牛不吉。以爲稷牛。帝牛必在滌三月。稷牛唯具。所以別事天神與人鬼也。萬物本乎天。人本乎祖。此所以配上帝也。郊之祭也。大報本反始也。 。陳澔。稷乃人鬼。其牛但得具用足矣。

3 禮記祭義第二十四。郊之祭。大報天而主日。配以月。 。陳澔。道之大原出于天。而懸象著明。莫大乎日月。故郊以報天。而日以主神。制禮之意深遠矣。 。方氏曰。郊雖以報天。然天則尊而無爲。可祀之以其道。不可主之以其事。故止以日爲之主焉。猶之王燕飲則主之以大夫。王祭亦則主之以諸侯而已。有其祀必有其配。故又配以月也。猶祭社則配以句龍。祭稷則配以周棄焉。

4 禮記哀公問第二十七。公曰。敢問君子何貴乎天道也。孔子對曰。貴其不已。如日月東西相從而不已也。是天道也。不閉其久。是天道也。無爲而物成。是天道也。已成而明。是天道也。 。陳澔。劉氏曰。蓋其機緘密運而不已者。雖若難名。而成功則昭著也。無爲而成者。不見其爲之之迹。而但見有成也。此唯天爲大。唯堯則之。

5 詩經周頌我將。說約集解。樂記曰。武王克殷。祀于明堂。新論云。神農氏祀明堂。有蓋而無四方。通典曰。黃帝拜祀上帝于明堂。則明堂爲祭祀之所。上古已然矣。惟宗祀文王以配上帝。昉于周公。孝經以此贊其孝。

6 。蔡虛齋四書蒙引孟子上梁惠王下第二。明堂者。 以奉月令之五人帝。五人神。所以配食四郊也。

7 禮記郊特牲第十一。陳澔。朱子曰。父者。我所自生。帝者。生物之祖。故推以爲配。而祀於明堂。此義方正。 。問郊祀后稷以配天。宗祀文王以配上帝。帝只是天。天只是帝。却分祭何也。朱子曰。爲壇而祭。故謂之天。祭於屋下。而以神祇祭之。故謂之帝。 。今按郊祀一節。先儒之論不一者。有子月寅月之異。有周禮魯禮之分。又以郊與圜丘爲二事。又有祭天與祈穀爲二郊。今皆不復詳辨。而以朱說爲定。

8 詩經周頌我將。說約集解。此宗祀文王于明堂以配上帝也。曰明堂之祭。主之者上帝也。 。明堂之位。帝居中。文王居西南。主皆西坐東向。

9 。蔡虛齋四書蒙引大學。天道流行。發育萬物。 。不言地者。以形言。則天之形包乎地之外也。以氣言。則地之氣實亦天之氣也。生物主宰。全是天。只借地以發育之耳。故地非天敵也。言天則地在其中云矣。

Sectio 6ª.

Quid apud Sinas significat bina uox Sinica, Tay Kie, seu primus rerum terminus?

Hactenus hanc binam uocem Tay Kie semper explicuimus per primum rerum terminum: nunc uideamus, quid tandem Sinæ intelligant per primum terminum, seu Tay Kie: pro quo Nota: juxta Philosophos Natura sumitur multis modis: 1º pro Deo omnium rerum Authore, et uocatur natura naturans; Creatura autem uocatur natura naturata. — 2º pro essentia alicujus rei. — 3º pro tota congregatione agentium naturalium. — 4. pro generatione uiuentis, seu Natiuitate. Cum uero generatio oriatur ab interno rei principio; hinc 5º sumitur pro interno principio, unde primo res habet quod moueatur; et juxta Conimb. siue illud principium insit rebus uiuentibus, siue non uiuentibus.

Jam uero Natura 5. modo sumpta sic ab Aristotele definitur: Principium, et causa motus, et quietis, in quo est primo per se, et non per accidens. — Per motum intellige quamlibet mutationem siue successiuam, siue instantaneam, prout dicit actionem, et passionem. — Per quietem intellige positiuam, seu conseruationem termini per motum acquisiti.

Natura ab Aristotele sic definita, cum sit pars essentialis Substantiæ completæ, patet nec Deum, nec Angelum, posse hoc modo proprie dici naturam; improprie tamen, ob similitudinem cum uera natura, in quantum deus, et Angelus sunt principium operationum totius, possunt etiam uocari natura; hinc passim dicitur natura Diuina, natura Angelica; licet careant aliis conditionibus ad rationem naturæ requisitis. — His prænotatis

Respondeo: Tay Kie, seu primus terminus, uidetur optime posse sumi pro Natura hîc diversis modis explicata;

Dico igitur 1º. – Tay Kie, seu primus terminus, subinde potest sumi pro natura naturante, seu pro Deo ut 1º omnium rerum authore. Probatur, dicunt Sinæ: quod producit res omnes est Cælum, ac terra; qui autem producit Cælum, ac terram, est primus terminus, seu Tay Kie; enim uero quî primus terminus possit uero nomine exprimi? quî possit plena cognitione comprehendi? tantum igitur adscititio nomine uocatur primus terminus, id enim quod uocatur primus terminus, est quid ex se carens nomine — A. — Rursus sic: illæ excelsi Cæli res uoce, et odore, seu sensibilitate expertes sunt uere effectoris cardo, et omnium rerum productarum radix; iccirco hæc, et illæ dicitur Vu Kie, seu ens sine termino, et Tay Kie, seu primus terminus; sic tamen ut præter primum terminum non habeatur aliud diuersum, quod sit ens sine termino; (nam ens sine termino est idem, ac primus terminus — B. —) Dum primus terminus includit motum, et quietem, tunc est assidua illa Cæli legis actio. – C. – Jam uero assidua illa Cæli legis actio, seu cursus sine intermissione uoluens, uti et quod dicitur: excelsi Cæli res sunt uoce, et odore expertes, id intelligitur de Domino, ac Rectore; D. — nempe de Cæli Domino, ac Rectore; ergo etiam Tay Kie, seu primus terminus, intelligitur de Cæli Dño, ac Rectore.

Deinde, ut uidimus supra cap. 2. sect. 2. num. 18. Littera M. primum uacuum est id quod dicitur primus terminus; istud primum uacuum quatenus ens reale, et immateriale, aut quatenus ratio, dicitur Cælum, seu Cæli Dominus. – Præterea, ut uidimus etiam supra cap. 2. sect. 3. num. 1. Littera A., ratio est unica causa Spiritus, diciturque Tay Kie, seu primus terminus, ut ex illis patet, subinde sumitur pro Spiritu, pro ratione, pro unica causa Spiritu, pro Cæli Domino, adeoque a p. r.

pro Deo, pro primo rerum omnium Authore, et natura Naturante.

Dico 2. Tay Kie, seu primus terminus, subinde etiam potest sumi pro essentia rei tam Increatæ, quám creatæ. Probatur: dicunt Sinæ: Si res omnes spectemus, unaquæque suam habet naturam singularem, et omnes simul unum primum terminum, nempe comúnem; Si enim eas collectim sumamus; universalis illa omnium rerum substantia, seu essentia, est unus primus terminus nempe comúnis; si divisim; unaquæque suum habet primum terminum singularem. — E. — primus terminus est naturæ excellentia, nec ullus modus, aut forma reperitur, qua explicetur, nec ulla vox, aut odor habetur, quo percipiatur. — F. — nempe est aliquid, quod sub sensum non cadit. Deinde sic: cur autem id, quod dicitur primus terminus, possit etiam dici res, voce, et odore, seu sensibilitate expers, est quia ipse est veluti naturæ substantia, nempe essentia. — G. — rursus sic: quælibet res unam in se continet rationem, scilicet essentialem, et omnes rationes ab una profluunt origine. — primus autem terminus est vocabulum, quod generatim omnes rerum rationes, scilicet essentiales, complectitur. — H. — Ex his sat patet primum terminum sumi pro rei essentia.

Dico 3. Tay Kie, seu primus terminus, potest etiam sumi pro tota aggregatione agentium naturalium. Probatur: dicunt Sinæ: dum primo dicitur: in uno quoque / scilicet libri mutationum, ac productionum / symbolo ænigmatico, ejusque sex partibus, seu lineolis numericis, semper reperitur, ac continetur, trium primorum principiorum, / scilicet Cæli, terræ, hominis, seu totius aggregationis agentium naturalium / primi termini ratio, ideoq hæc tria principia vocantur tres termini; id intelligendum est de unoquoque symbolo, ejusque partibus numericis, postquam per motum, ac per mutationem ad rem particularem applicata sunt, et in praxim redacta; tunc enim unumquodque continet suum primum terminum. Dum vero postea dicitur: Libri mutationum, ac productionum doctrina in se continet primum terminum; id intelligendum est de symbolis, eorumque partibus numericis, ante quam per motum, ac mutationem applicata sint, et in praxim redacta; tunc enim universalis illorum substantia, / seu potius universalis illorum aggregatio / est unus primus terminus, sive est una natura comúnis. — I. — rursus sic: si vetis exprimere totam agendi vim substantiam, aut essentiam, dicitur primus terminus; si velis exprimere assiduam primi termini actionem, dicitur agendi via — K. — hæc pauca sufficiunt ad indicandum primum terminū posse sumi pro tota aggregatione agentium naturalium. xxxxxx Quod attinet ad 4.um modum, quo à Philosophis accipitur Natura, cum in 5.o modo includatur, de hoc ergo tantum agemus. Itaque.

Dico 4. — Tay Kie, seu primus terminus, sæpissimé et præcipue, sumitur pro natura, quatenus natura est principium causativum motus, et quietis. Probatur: sic primum terminum definiunt Sinæ: primus terminus est ipsa substantia, quâ fit motus, ex quo modus yam, et quâ fit quies, ex qua modus yn resultat. Motus, ex quo resultat modus yam, est origo modi yn, et per hoc primus terminus, quatenus causa, agit. Quies ex qua resultat modus yn, est origo modi yam, et per hoc primus terminus, quatenus substantia, subsistit. Atque hoc est, quod Doctor Cheu sic expressit: dum primus terminus se movet, producit modum yam; motu absoluto, quiescit; quiescendo, producit modum yn; quiete absoluta, rursum se movet; atque ita alternans motus, et quies, est mutua modi yn, et modi yam, origo, ac principium. — per istam modi yn, et modi yam, divisionem, habentur, duæ formæ, seu habitudines. — L. — Hinc ergo patet primum terminum, cum sit principium effectiuum motûs, et quietis, idem significare, ac naturam supra ab Aristotele definitam. — Nota: Cum tam sæpe factus sit sermo de istis duabus uocibus yn et yam, oportet nunc ex hoc loco breuiter ostendere quid ipsæ significent.

Illæ ergo uoces yn, et yam in sua generali, et propria significatione, ut patet ex hoc loco, nihil aliud significant, quàm duos modos, seu duas Relationes transcendentales motûs, et quietis; uox yam, est relatio transcendentalis, seu ordo essentialis motûs ad quietem; et uox yn est ordo essentialis quietis ad motum; ideoque ad uitandam confusionem ferè semper explicui uocem yam per motum; et uocem yn per quietem; cum realiter nihil aliud sint; et sic rursus deinceps.

Jam uero cum istæ duæ Relationes transcendentales sint amplissimæ, ac generalissimæ, hinc fit, ut Sinæ has uoces yn, et yam ad omnes ferè res applicent. — Unde dicunt: in mundo nihil aliud habetur, quàm illa alternans motûs, et quietis sine fine uicissitudo, quæ uicissitudo est Libri Mutationum, ac productionum doctrina; et id, quo habetur iste alternans motus, ac quies, est primus terminus. — M. — deinde cum in omnium rerum productione semper inueniantur isti duo modi yn et yam, ita etiam inuenitur semper primus terminus, et duæ habitudines — N; — ; diuerso tamen modo: nam si spectes primum terminum, ipse est prior modis yn et yam, seu quiete et motu, utpote ratio illorum productiua; si spectes modos yn et yam, tunc primus terminus in illis continetur, utpote principium essentiale totius — O. — : denique, cum doctrina libri Mutationum, ac productionum, complectatur omnes, quæ assidue, et sine fine, fiunt in mundo, productiones, ac mutationes, ideo oportet, ut illa etiam conti-

neat unam aliquam primam omnium, et immutabilem ratio-
nem, quæ in illis dominetur, easque regat; hæc autem ratio
est primus terminus; primus enim terminus est una ultimata, 1.
suprema, perfectissima, cui nihil potest addi, quavis re lon-
ge excelsior, omni uoce, odore, sensibilitate expers ratio,
quæ in omnes mutationes, aut productiones dominatur, easque 2.
regit, ac dirigit — P. — Ex his uides primum terminum 3.
non tantum posse hoc 5.° modo sumi pro natura propriè dic-
ta, in quantum est principium, et causa motûs, et quietis
ejus in quo est, per se, et non per accidens; sed etiam posse
applicari naturæ Diuinæ continuè in hoc mundo operatrici,
si natura sumatur, ut dixi, impropriè, in quantum præcise
est principium operationum totius, non requirendo alias con-
ditiones ad naturam stricte sumptam necessarias. — Verùm
quemadmodum apud Latinos non solet dici, Natura est Deus, 4.
Naturam colere, Sacrificium offerre Naturæ, quamuis Na- 5.
tura sumpta pro primo rerum principio, seu Auctore naturæ,
sit uere Deus, uerè colatur, uerè sacrificium illi offeratur;
sic apud Sinas non solet dici primus terminus, seu Tay Kie 6.
est cælum, aut Cæli Dominus, primum terminum colere,
primo termino litare, quamuis primus terminus sumptus 7.
pro primo rerum principio, rerumque effectore, sit uerè Cæ-
lum, aut Cæli Dominus, uerè colatur, uerè illi Sacrifici-
um offeratur. — Nec mirum uideri debet, quod per primum
terminum, idest naturam, Cæli Dominum subinde intel-
ligant Sinæ; quandoquidem prisci illi Græciæ Philosophi sic
etiam sæpe de Diuinitate locuti fuerint; Minutius Fælix
in Octauio probans notam fuisse illis Philosophis Dei unita-
tem, sic ait: Notum est Xenophanem omne infinitum
cum mente Deum tradere, et Antisthenem populares Deos
multos, sed naturalem unum præcipuum. — Quid Demo-
critus, quamuis atomorum primus inuentor, ~~nomine~~
nonne plerumque naturam, quæ imagines fundat, et in-
telligentiam Deum loquitur? etiam Epicurus ille, qui

Deos aut otiosos fingit, aut nullos, naturam tamen superponit. — Et Cicero Lib. 1. de Nat. Deor. sic: Antisthenes libro qui physicus inscribitur, populares Deos multos naturalem unum esse dicebat. Et Lactant. lib. 2. de ira Dei cap. 10. naturam, quam uelut matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficiet unquam, nihil molietur. — Ubi enim non est cogitatio, nec motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio suo utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, uirtute ad consumandum, potestate ad regendum, et continendum, cur natura potius, quam Deus nominetur. — Denique Platonici cum rerum formas numerorum uoce exprimerent, Deum unitatis nomine designabant: definiebant enim animam, Numerus seipsum mouens, quia sicut animam ex uita, sic uitam ex motu ipso maxime spontaneo perspectam habemus. — Hinc tantum infero istum modum loquendi de diuinitate sub nomine naturæ, immo et sub nomine primæ unitatis, uti sæpe eam primum terminum uocant Sinæ, jam olim fuisse usitatum. Sed hic non imoror; sufficit primum terminum seu Tay Kie non tantum pro creata, sed etiam pro increata natura posse sumi, quod uidetur sat probatum.

Si quis nunc forte quærat, Utrum libri Sinici non solum aliquid de Dei unitate afferant, sed etiam aliquid de Personarum Trinitate innuant? Respondeo, cum hoc Mysterium sola ratione naturali cognosci non possit, imo juxta Suar. sit de fide, id frustra quæri. — Hic enim dumtaxat quæritur An sine lumine naturali / non supernaturali / reuera cognoscant aliquod supremum Numen infinitum in omni genere perfectionis essentialis, præscindendo à perfectionibus Notionalibus. — Quamuis autem etiam uideantur quædam perpauca sub uocum generalium inuolucris obscure de hoc Mysterio innuere; quia tamen non est de hoc quæstio, præstat illa omittere.

Textus Librorum

1.º — Lib. Naturæ, ac rationis breuis expositio tom. 2. art. Vu- 1.
mim cum chuen: quod producit res omnes ttt. ut s.a in contx.
2.º — lib. Nat. ac rat. breuis expositio tom. 1. art. Tay Kie:
illæ excelsi cæli res ttt. ut supra in contx. excepta parenthesi. 2.
3.º — Interpres, Çay Hiu Chay in lib. Immutab. medij art. 26. sic: 3.
Dic quæso uerissima cæli uia numquam cessat, quomodo id ex-
plicatur? Resp. dum dicitur: illa Cæli Lex proh! ~~[illegible]~~ quam
arcano, ac mysterioso modo suum cursum numquam sistit: illud
uere est quod alibi dicitur: illæ excelsi cæli res sunt uoce,
et odore expertes; nimirum id intelligitur de Domino, ac Rec-
tore. Quod autem attinet ad id quod dicitur: tegere, ac
sustinere, producere, ac perficere, id intelligitur de ejus effectis.
4.º — Lib. nat. ac rat. breuis expositio tom. 1. art. Tay Kie: 4.
Si res omnes spectemus ttt: ut supra in contx.
5.º — Lib. nat. et rat. breuis expositio tom. 1. art. Tay Kie: primus 5.
terminus, inquit Author Xan yam tu, est naturæ excel-
lentia, ttt: ut supra in contx.
6.º — lib. nat. ac rat. breuis expositio tom. 1. art. Tay Kie: 6.
Cur autem id quod dicitur primus terminus ttt. ut supra in cont.
7.º — lib. nat. ac rat. breuis expositio tom. 3. art. Tien uen: 7.
quælibet res, inquit Author Si xan chin, unam in se conti-
net rationem, ttt, ut supra in contextu.
8.º — Vera lib. mut. et produc. expositio part. Xam chuen
art. 2.º in unoquoque symbolo ænigmatico ttt. ut s.a in contx.
9.º — Vera lib. mut. ac product. expositio, part. Hia chuen art. 5:
dum dicitur agendi uia nec separatur à quiete yn, et motu
yam, nec illis immiscetur, id intelligitur de primo termino. — Et
paulo post: si uelis exprimere totam agendi uiæ substantiam,
aut essentiam, dicitur primus terminus; si uelis exprimere con-
tinuam, et assiduam primi termini actionem, dicitur a-
gendi uia. — Si uelis exprimere agendi uiæ excellentiam, di-
citur Spiritus. — Si autem, inquit Interpres, Çie chay çay,

ſpectes primum terminum, ipſe est prior quiete yn, et motu
yam; ſi ſpectes quietem yn, et motum yam, tunc primus termi-
nus in illis continetur; ante enim quietis yn, et motus yam
productionem, id quod uocatur primus terminus, est illorum ratio,
quæ in mente repræſentatur; post productionem id quod uoca-
tur primus terminus, est idipsum quod in quiete yn, et
motu yam continetur, nempe in ſubſtantiali motus, et qui-
etis composito, cujus pars essentialis est natura, ſeu 1.us terminꝰ

10. 10. — Vera lib. mutat. ac product. expositio in proœmio: pri-
mus terminus est ipsa ſubſtantia, quâ &c. ut ſupra in contextu.

11. 11. — Vera lib. mutat. ac prod. expositio in proœmio, citans Doc-
torem Chu Hi ſic: primus terminus inquit Doctor Chu Hi,
est tantum illa duplicis uitæ 2.a et quinque primariorum prin-
cipiorum uniuersalium ratio; in mundo enim nihil aliud ha-
betur, quàm illa alternans motus, et quietis ſinefine uicis-
ſitudo, nihilque præterea; quæ uicissitudo dicitur doctrina
libri mutationum, ac productionum; ſed ſpectando hunc mo-
tum, et hanc quietem, oportet ſane, ut aliqua ratio u-
triusque productiua ſit: hæc ratio est id quod uocatr 1.us terminꝰ

12. 12. — Vera lib. mutat, ac product. expositio in proœmio citans
Doctorem Chin ſic: iccirco doctrina libri mutationum, ac
productionum continet primum terminum producentem duas
formalitates; primus terminus, est agendi uia; duæ formalita-
tes ſunt modi yn, et yam; modorum yn et yam uia pro-
ductiua est unica, nempe primus terminus. — primus ter-
minus idem est ac ens ſine termino. — Cum autem in om-
nium rerum productione ſemper inueniantur isti duo modi
yn, et yam, ita etiam inuenitur ſemper primus terminus,
et duæ formalitates, quæ mutuo uinculo occultè inter ſe
cōnexæ, inexhaustum ſunt mutationum, ac productionum
principium.

13. 13. — Quotidiana lib. mutat. ac product. explicatio part.
Xam chuen art. 11. — Ista uox bina Tay Kie significat
unam ſumām ultimatam, qua non datur ſuperior, ratio-
nem ad dominandum in omnes productiones, ac mutationes, e-
asque regendas. — Et paulo post: doctrina lib. mut. ac pro-
duct. assiduas, fateor, ſine fine productiones, et continuas
ſine interruptione mutationes reuera continet; ſed oportet
ut in medio illarum habeatur una ſumá, et omnium prima,
atque imutabilis ratio, dominatrix, ac rectrix, quæ ſit ista-
rum assiduarum ſine fine productionum principium, ac ra-
dix; et hoc est, quod uocatur Tay Kie, ſeu primus terminus.
— Deinde paulo infra: per istas duas uoces primum terminum,
de quo prætentius Doctor Cheu tun y tractat, indicat
unam rationem omni uoce, et odore ſeu ſensibilitate ex-
pertem. 14.

14. — Vera lib. mutat. ac product. expositio part Xam
Chuen art. 11. primus terminus, inquit Interpres Lieu
xe chi, uocatur una ſumá et ultimata, cui nihil potest
addi, ratio

12.
周易正解。程子。原序。所以易有太極是生
兩儀，太極者道也兩儀者陰陽也陰陽
一道也。太極元極也。萬物之生，負陰而抱
陽莫不有太極。莫不有兩儀。絪縕交感變
化不窮。

13.
。日講易經上傳第十一。太極。謂至極無上。以
主宰萬化之理言。。易固生生不已變
化無端矣。然必有至一不變之理主宰
於中。以為生生之本。太極是也。
。先儒周敦頤所論太極。指無聲無臭
之理言。

14
周易正解傳上第十一。劉石芝曰。太極
謂其理之至極而無以加也。

1. 性理標題卷二。無名公傳。能造萬物者天地也。能造天地者太極也。太極者其可淂而名乎。可淂而知乎。故強名之曰太極太極者其無名之謂乎。

2. 性理標題卷一。太極。上天之載。無聲無臭。而實造化之樞紐品彙之根柢也故曰無極而太極。非太極之外。復有無極也。太極之有動靜是天命之流行也。

3. 。蔡虛齋四書蒙引中庸第二十六。天道之至誠無息如何曰維天之命於穆不已此正是上天之載無聲無臭處以主宰者言也至於覆載生成處乃其功用也。

4. 性理標題卷一。太極。自萬物而觀之。則萬物各一其性。而萬物一太極也。蓋合而言之。萬物統體一太極也。分而言之。一物各具一太極也。

6. 性理標題卷一。太極。山陽度氏曰。太極本然之妙。初無方所之可言。無聲無臭之可識。

5. 性理標題卷一。太極。至於所以為太極者。又初無聲臭之可言。是性之本體然也。

7. 性理標題卷三。天文。西山真氏曰。萬物各具一理。萬理同出一原。太極者乃萬理統會之名。

8. 周易正解傳上第二。雲峰胡氏曰一卦六爻之間莫不有三才太極之理。此曰三極是卦爻已動之後各具一太極。後曰易有太極。是卦爻未生之先統體一太極也。

9. 周易正解傳下第五。道不離乎陰陽。而亦不離乎陰陽。乃太極之謂也。。語道之全體。則謂之太極。。語太極之流行。則謂之道。語道之妙。則謂之神。節齋蔡氏謂主太極而言。則太極在陰陽之先。主陰陽而言。則太極在陰陽之內。蓋自陰陽未生之時而言。則所謂太極者。其理已具。自陰陽既生之時而言。則所謂太極者。即在乎陰陽之中也。

10. 周易正解太極圖說。太極者乃所以動而陽靜而陰之本體也動而陽者陰之根也太極之用所以行也靜而陰者陽之根也太極之體所以立也故周子曰。太極動而生陽動極而靜靜而生陰靜極復動一動一靜互為其根分陰分陽兩儀立焉。此之謂也。

11 周易正解。太極圖說。朱子曰。太極只是二氣五行之理天地之間只有動靜兩端循環不已。更無餘事。此之謂易而其動其靜則必有所以動靜之理是則所謂太極也。

Sectio 7.ª

Ex dictis investigatur, Utrum isti Libri recentiores dent ueram aliquam primi Entis, seu Dei cognitionem, adeoque, An Sinæ recentes non sint Athei?

Quamuis forte posset alicui uideri superuacanea hæc quæstio, cum illa jam satis ex dictis pateat, tamen ad exponendam maiori cum claritate totam rem, sint hæc pauca in unum collecta.

1.º - recole quæ dixi in Sect.ª 3.ª Cap. primi, agendo de priscis, et libris, et Sinis; quæ enim faciunt pro priscis, etiam faciunt pro recentibus, si pauca immutes.

2. - isti libri recentiores, adeoque et Sinæ recentiores, attribuunt cælo, cælive Domino, supremum dominium, summam potentiam, scientiam falli nesciam, uoluntatem liberam, justitiam sapientem, vitam, immensitatem, simplicitatem seu spiritualitatem: ergo habent ueram aliquam primi Entis, seu Dei, cognitionem.

3. - Agnoscunt in mundo aliquod primum principium inuisibile, spirituale, improductum, primum mouens, omnia faciens, ad omnia inuisibili modo concurrens, omnia gubernans, omnibus prouidens; et hoc dicunt esse unicum, esse spiritum: ergo ueram habent aliquam primi entis, seu Dei cognitionem.

4. - Quamuis istud primum principium, et primum Ens nunc per rationem, nunc per naturam, nunc per auram uitalem nunc per cæli legem explicent, non uidentur tamen hæc obstare ueræ illius cognitioni, quandoquidem antiqui Sapientes et per rationem, et per prouidentiam, et per naturam, et per uitalem auram, diuinitatem indicarint; sic Cicero lib. 2. de nat. Deor. - Quod si omnes mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores, uideamus utrum ea fortuita sint, an eo statu, quo cohærere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante, diuinaque prouidentia. - Si ergo meliora sunt ea, quæ naturâ, quàm illa, quæ arte perfecta sunt, nec ars efficit quidquam sine ratione, ne natura quidem rationis expers est habenda. — Sic rursus in eod. lib.: an cum machinatione quadam moueri aliquid uidemus, ut sphæram, ut horas, ut alia permulta; non dubitamus quin ista opera sint rationis; cum autem impetum cæli admirabili cum uelocitate moueri, uertique uidemus, constantissime conficientem uicissitudines aniuersarias, cum summa salute, et conseruatione rerum omnium; dubitamus quin quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam, diuinaque ratione? aut uero alia quadam natura mentis, et rationis expers hæc efficere potuit? - Idem 5. Tuscul. uocat animam diuinæ particulam auræ - Et Seneca agens de motu siderum: hæc uero, inquit, inoffensa uelocitas procedit æternæ legis imperio. - Et Pythagoras aiebat mundum constare harmonica ratione. - Hinc ergo infero non esse nouum diuinitatem indicari per prædicta, et similia nomina.

5.º Si Paulus Rom. 1. judicat uerum deum naturaliter cognitum fuisse ab illis antiquis Sapientibus, et Philosophis, quos maxime, et acerrimé hic insectatur, inquit Cornel. a Lapide, adeoque eos Atheos non fuisse, quia quod notum est Dei, manifestum est in illis, deus enim illis manifestauit - quod sic explicat idem Cornelius: Apostolus asserit plane eos Deum, Deique ueritatem agnoscere potuisse, et debuisse, quin et reipsa cognouisse. - quia hæc ueritas naturaliter est aperta, et manifesta, eamque docet, ac dictat ipsa natura. - Deus ergo per lumen naturæ eis hanc ueritatem manifestauit: ait ergo Paulus quod notum est Dei, græcé γνωστον ȣ θεȣ, idest quod naturaliter de deo est cognoscibile, ut deum esse unum, æternum, mundi principem, ac uindicem. - Manifestum est illis, idest in illorum mente, intellectu, cons-

cientia. ita Cornelius. Jam vero cum ipsa natura doceat, aut dictet istam unius Dei veritatem, cum per lumen naturale illa sciatur, cum illi antiqui Sapientes naturaliter eum cognoverint; an fortasse Sinas recentes, qui tam multa dicunt de hac veritate, hos solos natura, naturaleq; lumen non docebit? an ipsi soli sine naturali lumine? — Hinc Cicero lib. 1. de Legibus. Ex tot, inquit, generibus nullum est animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei; ipsisque in hominibus, nulla gens est, neq; tam immansueta, neque tam fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Imo Aristoteles L. Top. c. 9. ait puniendum eum qui dubitaret an Deum oporteat honorare. — — Nec ulla gens, ait Seneca, umquam est adeo extra leges, moresque projecta, ut non aliquos deos credat. — . Plotin. Ennead. 6. l. 5. c. 1. Unum, inquit, quiddam idemque numero esse simul ubiq; totum, communis indicat mentis humanæ notio, quando omnes naturali quodam instinctu clamant in unoquoque nostrûm esse deum, ttt. .. — — Et hoc Tertullianus vocat testimonium animæ naturaliter Christianæ. — Omitto Minutium felicem, Maximum, tyrium Philosophum Platonicum, Orosium, et alios, qui id probant de antiquis Philosophis. An vero hæc illustria testimonia negantium dari in mundo Atheismum, non prævalebunt paucis Missionariis, qui in Sinicam gentem tam perspicacem, tam excultam, tam multa, tam clara de supremo quodam Ente differentem, et forte hac in re plurimos priscos Sapientes superantem, volunt tetram Atheismi notam inferre! Sed hæc generalia, quæ sunt potius juris quam facti, relinquamus: ad particularia redeamus.

6.º — Sinæ recentes æque ac veteres, agnoscunt Spiritum montium, ac fluminum; Spiritum Cæli, æternæ; illos colunt; illis litant: ergo non Athei.

7.º — Cum autem istæ voces *Ratio* *Natura* *Aetera*=

nitalis; *Cæli Lex*, ttt. per quas subinde divinitatem indicari a Sinis diximus, ob suam universalitatem hominis animo etiam possent applicari, et de facto applicentur; unum ab altero diligenter distingue; maxime ubi Sapientes animum comparent cum Cælo, et utrique eandem virtutem ob similitudinem attribuunt; Sic olim Cicero Tuscul. 9. comparabat animum cum Cælo; imo et eum pene deum efficiebat: Deum igitur, inquit, scitote esse; siquidem Deus est qui viget, qui sentit, qui providet, qui tam regit, moderatur, et movet id corpus, cui præpositus est, quam hunc mundum princeps ille Deus.

8.º — Insuper animadverte: quemadmodum in sensu S. Pauli dixi recentes Sinas naturaliter Deum agnoscere, atq; adeo non Atheos esse; ita etiam in ejusdem sensu dico illos veritatem Dei in injustitia detinere; quia licet satis agnoscant unum esse summum Deum ac verum, Rectorem mundi, et effectorem; non tamen ei debitum obsequium et honorem reddunt pravis suis libidinibus abrepti; et illa cognitio est veluti in luto gemma, eó obscurior, quó vitiis magis immersa jacet; hinc fit ut instar vespertilionum fugiant ab illa veritatis luce; nolint illam magnopere discutere; imó si sub aperto, et claro Dei nomine, illis proponatur, ei sic propositæ nolint subinde, repugnante naturali lumine, assensum dare, sed statim recurrant ad obscuriora, et generaliora nomina rationis, naturæ, cæli Legis, quæ tandem in idem redeunt, ut vidimus supra; cumque Deus oculis corporis videri non possit, malint etiam subinde promicantem illius veritatem statim ab oculis mentis removere sine ulteriori ejus examine, ac discussione, ne cogantur distinctius agnoscere, quem lumine naturali Conscientia dictat esse; Unde patet non Atheos, sed reipsa Impios appellandos.

~~Unde~~ — Deinde vide sis ne hîc velis ad cultum politicum recurrere; hîc enim agimus de Cognitione, non de cultu, qualiscumque ille sit; de cognitione, inquam speculatiua, et naturali quidem; non de practica, et cultui conjuncta.

9.° – Denique si omnia collectim sumpta, quæ in toto utriusque præcedentis capitis decursu allata sunt; si tota illa tot Textuum, totque Auctorum concatenata series, ac cohærentia, bene attendatur, certe uidetur prudenti judicio non posse quis asserere Sinas recentes, nedum antiquos, esse Atheos.

Sed quorsum hæc omnia, dicet aliquis? quid refert Vtrúm Sinæ habuerint, aut etiam habeant necne aliquam ueri Dei notitiam? Vtrúm sint Athei, necne? quó tendunt ista omnia duobus capitibus sat fuse comprehensa? quis finis? quæ utilitas? Resp.deo omnia ista maximé esse dicta, et singillatim discusia propter Caput sequens. Itaque

Caput 3.um

De vera Dei appellatione apud Sinas.

Omnia, quæ hactenus dicta sunt, huc tendunt, ut uideamus quomodo possit appellari Deus apud Sinas. Quæritur ergo, Vtrum Deus apud Sinas possit appellari Xam Ti, seu Cæli Dominus, ac Rector? an Cælum? an primus terminus, seu natura? an Ratio? an Vitalis aura? aut alio simili nomine? Cum hæ uoces Primus terminus, seu Tay Kie; Ratio; Vitalis aurá, et similes sint tantum à recentioribus Sinis assumptæ ad explicandum Cælum, aut Cæli Dominum, seu Xam Ti ut uidimus; habeantque significationem ualde uagam, incertam, ad uaria objecta indifferentem; modó enim totum, modó partem; modo Substantiam, modo accidens; modo creatum, modo Creatorem possunt significare; ideo Patres Missionarij eas semper ad significando Deo rejecerunt, semperque inuecti sunt in istos Neotericos Sinas, qui illis obscurum, ac pene ignotum reddunt Cæli, cælique Domini nomen; et certe ad significandum per illas Deum, semper opus esset maxima circumlocutione, ac uerborum ambage. Unde hisce relictis, tantúm controuertitur, Vtrúm Deus possit appellari Xam Ti, seu Cæli Dominus; et Tien seu Cælum? pro quo

Sectio 1.a

An Deus apud Sinas possit appellari Xam Ti, seu Cæli Dominus?

§.° 1.°

Assertio.

Respondeo, et dico, Deus apud Sinas uidetur posse appellari Xam Ti, seu Cæli Dominus, ac Rector. – Probatur 1.° – ratione. Prima; uoces sunt signa ad placitú, quæ uim habent significandi ex arbitrio suæ institutionis; atqui istæ uoces Xam Ti, ut patet ex tota Sect. 2. cap. 1. fuerunt antiquitus institutæ ad significandum uerúm Deum, illaque institutio adhuc perseuerat, ut patet ex Sect. 1. cap. 2.: ergo illis potest appellari uerus Deus.

2.a – Sinæ antiqui et recentes, attribuunt Xam Ti seu Cæli Domino, eas perfectiones, quas nos attribuimus Deo, ut uidimus in toto pene decursu utriusque præc. Cap.; adeoque per illas uoces Xam Ti idem significant, quod nos significamus per uocem Deus: ergo.

3.a – Deus apud Sinas potest appellari Tien Chu, idest Cæli Dominus, ut nunc omnes conueniunt; sed iste duæ uoces Xam Ti etiam significant Cœli Dominum, sicut Xamti idem est ac Cœli Dominus, ut uidimus in Sect. 2. capitis 2. Deinde ut ibidem dicitur, Xam ti idem est ac Cœli Spiritus; et hic Cœli Spiritus, ut dicitur in Sect. 3. Capitis 2. est unicus Dominus, imo Xam ti est Cœli ac terræ Spiritus, Sect. 3. cap.is 2: ergo Deus potest appellari Xam Ti.

4.a – quemadmodum agendo de motiuis Credibilitatis fidej dicitur: etsi aliqua seorsim sumpta non conuincant intellectum, nec sint totalis efficacitatis; tamen omnia simul sumpta conuincunt, itaut quis censeatur peccare, illis non credendo. Ita hic cum proportione dico: et si aliqua eorum, quæ de Cœli Domino, et ad Cœli Dominum spectantibus in duobus præcedentibus capitulis attuli, non conuincant, nec sint totalis efficacitatis; tamen omnia simul sumpta uidentur posse intellectum conuincere, aut saltem dare motiua omnino sufficientia, ut intellectus prudenter possit illis assensum præbere. Deinde quemadmodum uolens Christus persuadere Apostolis se resurrexisse, dicebat: Palpate, et uidete, quia Spiritus Carnem, et Ossa non habet Luc. 24.; Licet istud argumentum seorsim sumptum non efficaciter probaret, Cum Spiritus possint assumere corpora tantum apparentia; tamen hoc iunctum cum aliis signis, ~~et testi~~ testimoniis Resurrectionis efficaciter probabat. – Ita etiam dico: Licet aliqua argumenta, seu testimonia in præcedentibus cap.bus allata seorsim sumpta non efficaciter probarent; tamen illa iuncta cum aliis possunt efficaciter probare per illas uoces Xam Ti significari a Sinis Deum: g.o Deus potest appellari Xam Ti.

2.o probatur ab usu: – Iam longo usu receptum est, ut hîc in China Deus uocaretur Tien chu idest Cœli Dominus; licet in principio dubitatum fuerit utrum posset sic uocari, eo quod diceretur aliquod Idolum Sinicum hoc nomine appellari. Sed ~~de~~ eodem usu, et forte longiori receptum est, ut etiam Deus uocaretr Xamti; nam liber P. Riccij Missionis Sinicæ fundatoris dictus – Tien chu xe y – uel Tien Hio xe y –; et liber P. Pantoja illi coæui, dictus Çie Ke, qui circa principium alterius Sæculi, imperante Van Lie, impressi sunt, Sinis notissimi, passim et promiscue ad significandum Deum utuntur uocibus Xam Ti, et Tien chu; uti et multi libri alij Christiani tum eiusdem temporis, tum posterioris, non tantum à Patribus Societatis IESU, sed etiam alterius Ordinis ~~editi~~ editi, ut liber R. P. Antonij à S. Maria Ordinis S. Francisci, dictus Tien ju yn, impressus an. 1664. – A. cujus hæc uerba: Xam Ti idest Cœli Dominus (Tien Chu) unicus et summâ maiestate uenerandus, qui in omnes res dominatur, easque regit. = et liber R. P. Petri Pinuela ejusdem Ordinis, dictus Me Siam Kin cum, impressus an. 1695. hæc etiam habet hoc modo, est peccandi animum nihil omnino reformidare, et effrænate sibi indulgendo, amplius nescire esse Xam Ti, seu Cœli Dominum qui ad te appellit. B. – alludendo scilicet ad Textum libri carminum. – Cum igitur longo usu receptum sit, ut Deus significetur per uoces Xam Ti, potest Deus appellari Xam Ti, maxime cum ista Dei appellatio, post exortam aliquam in ejus principio dubitationem, jam fuerit discussa, ac tandem, ut ante, relicta.

3.o probatr ab authoritate – Qui possunt hac in re magnæ authoritatis judicium ferre, sunt ipsi Sinæ, si habeant has duas conditiones: 1.a si probè sciant quid per uocem Deus intelligant Europæi. – 2.a si litteris Sinicis sint eximiè eruditi. – Jam uero huju-

modi Sinæ asserunt per istas uoces Xam Ti significari
Deum, et ipsi Deum passim in libris appellant Xam Ti:
ergo. Probatr minor
1.º Doctor, et Imperatoris primus Minister, seu Colaus
Siu christianus, in suo paruo celebri libro Pie uam
sic: Xam Ti, inquit, et hominum, et Manium est Dominus.
C. C. – Idem in libello supplice, quem Imperatori
Van Lie pro re christiana obtulit: Horum,
(idest Patrum Missionariorum) mens est efficere,
ut omnes uirtutem sectentur ad respondendum excelsi
Cœli hominum amantis intentioni; pro suo primo
D. principio est palam inseruire Xam Ti, scilicet Cœli
Domino – D. — alibi idem sæpius uocat deum
nunc Ti nunc Xam Ti v.g. ad calcem librorum
E. Tien chu kiam sem yen him Ki Lio,
Ih xe u yen etc. – E. —

2.º Doctor celebris Fum Christianus sic: quid
est Tien chu seu Deus? R. est Xam Ti; non inanem,
sed ueram, et realem rem intelligendo; ecquis sane
est, qui existimat rem inanem, et uanam dici, dum
sex nostri libri classici antiqui, quatuor Doctores
Confucius, Mencius, Çu su, Çem cu, omnesque cujusuis ævi uiri uirtute, scientia, sapientia clari dicunt; timere Xam Ti; cooperari
Xam Ti; Inseruire Xam Ti; accedere
F. ad Xam Ti, seu adhærere Xam Ti? etc F. —

3.º Doctor Yam Christianus primam sui cursus
lauream adeptus sic: Christiana Religio hæc duo
præcipue complectitur: 1.um colere unum Deum, seu
Tien chu super omnia: 2.um amare proximum
sicut seipsum: Quoad 1.m colere unum Deum,
est illud quod nostri Doctores uocant, palam inserui-
G. re Xam Ti, seu Cœli Dominum. — G. – sic idem
Deum uocat in Epistola præliminari Che fam uay Ki
in suis libris Tien xe mim pien, Tay y, etc. – H. — H

4.º Doctor Li christianus sic: Illa Religio (scilicet
christiana) unice spectat seruire Tien chu, seu Deo;
et hoc est, quod nostri Doctores dicunt Nosse cœlum, seruire
Cœlo, seruire Xam Ti; non dicitur Ti, sed
dicitur Chu, explicando nimirum illud, uti explicat
Doctor Chu Hi sic: ista uox Ti idest Cœli Chu Çay
siue Cœli Dominus, ac Rector. – quia enim Deus est
Dominus, qui cœlum, terram, omniaque produxit, ideo
per illam uocem Chu seu Dominus magis singillatim
exprimitur quid sit; Denique si uelimus penitus penetrare
quid sit, est omnium hominum in toto orbe
degentium noster unicus magnus Pater ac Mater. J. J.
– Nota has ultimas duas uoces pro eo quod supra dixi
de litamine Cœli, ac terræ. – Idem sæpius Deum appellat
nunc Xam Ti, nunc Ti, in suis Epistolis prælíminaribus
librorum Ki gin xe pien, Tien chu xe y K.
etc. K. —

5.º – Doctor Chin Christianus in sua Epistola præliminari
libri Sim Hio cu xo, sic: Nostri Doctores
assumendo quod est obscurum, uocant cœlum seu
Tien, Europæi assumendo quod est clarum, uocant
Cœli Dominum, seu Tien chu: denique hi et illi
explicando quod dicit libri Carminum Oda Hoam
y: tremendus ad hæc infima aduenit; et oda Ta
mim: ad te appellit, noli uacillare, id omne ad
Xam Ti, nempe Cœli Dominum referunt – L. – L.
eundem uide in alia præliminari epist. libri Ce ke.

6. – Licentiatus Chu christianus in suo libro Chim
xi lio xue, sic: Cœlum et terra inter res etiam
una, et maxima quidem; debet ergo illius, nempe
cœli, ac terræ, esse aliquis effector, qui quatenus
summam maiestatem, nulli alteri prorsus comparabilem,
habet, dicitur Xam Ti; (Xam idest supremus,

Ti idest Dominus, ac Rector / quatenus res omnes apprehendit, dicitur rerum effector; quatenus omnibus uiuentibus dominatur, eaque regit, dicitur Tien chu seu Deus. – Idem in eodem libro, et in altero suo libro Ta Ke uen, passim ad appellandum Deum utitur Vocibus Xam Ti. — M. —

7. – Bacchalaureus Li christianus in suo libro Xin Su, in cujus fronte octo reuisorum uirorum litteratorum nomina apponuntur, sic habet: Istud nomen Xam Ti, quod nostrorum Doctorum libri passim habent, procul dubio manifeste significat Tien Chu, idest Deum. – Postea in eodem libro ipse sæpissime utitur isto nomine Xam Ti ad appellandum Deum. — N. —. Omitto plurimos alios, ne longior, et tædiosim. Vide Epistolas præliminares Libri Çie Ke; Libri Xim Kiao su quei, librum Pie uam tiao po ho ttt. — O. —. Jam uero isti omnes Sinæ probe sciebant, quid esset Deus; professione enim erant Christiani; et simul probe sciebant quid esset Xam Ti; nam litteris et litterarum Sinicarum gradibus, imo supremis insignes erant. At ipsi asserunt istas uoces Xam Ti idem significare atque uoces Tien chu, id est Deus; siue istas uoces Xam Ti significare Deum; itaque nomine passim Deum appellant; potestne ergo adhuc superesse aliquis dubitandi locus? annon illis prorsus credendum? An forte potius paucis Missionariis id in dubium uocantibus, quam summis Sinicarum Litterarum Doctoribus, ac Magistris id affirmantibus, credemus? Egregius profecto foret ille Flander, aut Teuto, qui Parisios appulsus, et imbutus aliquali Gallicæ linguæ notitiâ, uellet ipse arguere in uocum Gallicarum significatione peritissimos linguæ Gallicæ parisinos Magistros, illosque condemnare? an non certe ipsemet explodendus, et condemnandus? Sed quid pluribus opus? uidentur sane allata satis, et plusquam satis rei ueritatem demonstrare. Superest tantum, ut videamus quid objiciatur.

Textus Librorum

– 1.º – R. P. Antonius a S. Maria ttt. ut supra in Contx. A – 1.
– 2.º – R. P. Petrus Pinuela ttt. lib. Me siam xin cum
part. 1. art. Siam ki çuei ttt. ut supra in Contx. B. 2.
3. – Colaus – Siú quam Ki. lib. Pie uam art. uu chu
cu hoen, hiue chao ttt. ut supra in contx. C. 3.
4. – Idem Colaus in libello supplice Pien Hio çeu su, D. 4.
Imperatoris Van Lie imperij an. 44. Lunari mense 7.º
ut supra in contextu.
5. – Libri Tien chu kiam sem yen him ki Lio E. 5.
lh xe u yen.
6. – Doctor Fum ym Kim in Epist.ª præliminari ~~Tien~~ libri F. 6.
Tien chu xe y., ~~ut.~~ ut supra in contextu.
7. – Doctor yam tim yun in Epistola præliminari Libri G. 7.
Çie Ke, ut supra in Contextu.
8. – Libri Che fam uay ki, Tien xe mim pien H. 8.
Tay y.
9. Doctor Lyy chi çao in Epistola præliminari libel- J. 9.
li Xim xui ki yen, ~~Tien~~ ut supra in contextu.
10. – Libri Ki gin xe pien, Tien chu xe y. K. 10.
11. – Doctor Chin y in Epistola præliminari libri Sim L. 11.
Hio çu xo, ut supra in contx. Vide etiam alteram
Libri Çie Ke
12. Licenciatus Chu çum yuen ttt. art. yu cheu chi nui M. 12.
chin Kiao goey ye, ut supra in contx. – Vide etiam
alterum ejus librum Ta Ke uen.
13. – Bacchalaureus Ly Kieu cum art. 1.ª ut s. in contx. N. 13.

1. 天儒印。泰西利安當詮義。上帝者。即主宰萬有。至尊無二之天主也。

2. 默想神功卷上泰西石鐸琭述。想已罪。獲罪之心。是全無畏懼後然有
縱不復知有上帝之臨汝。

3. 闢釋氏諸妄 徐光啟撰。無主孤竟血湖。無分人鬼皆上帝為主。

4. 徐相國辨學奏疏 萬曆四十四年七月題。欲使人人為善。以稱上天、愛人之
意。以昭事上帝為宗本。

5. 天主降生言行紀畧 。西極耶穌會士艾儒畧譯述
二十五言。大西利瑪竇述

6. 天主實義序。天主何上帝也實云者不空也吾國六經四子聖聖賢賢曰畏
上帝曰助上帝曰事上帝曰格上帝夫誰以為空空之說
。萬曆二十九年孟春穀旦後學馮應京謹序

7. 七克篇序。大指不越兩端曰欽崇一天主萬物之上曰愛人如己夫欽崇
天主即吾儒昭事上帝也。鄭圃居士楊廷筠書於明旦齋中

8. 職方外紀。西海艾儒略增譯
天釋明辨。武林楊廷筠著

Nota in his Authoribus Sinicis, et aliis; 1.ª vox est cognomen, reliquae nomen.

14. O. 14. - Libri, Çie ke, xim kiao su guey, Pie uam kiao po ho.

代疑篇・武林楊彌格子著

9 聖水紀言序。其教專事天主即吾儒知天事天事上帝之說不曰帝曰
主者譯語質朱子曰帝者天之主宰以其為生天生地生萬物之主
也故名之主則更切而極其義則吾六合萬國人之一大父母也。
。東海波臣李之藻題

10. 畸人十篇 。泰西利瑪竇述

11. 天主實義 。耶穌會士利瑪竇述
性學觕述序。吾儒舉其渾然者則曰天西氏標其的然者則曰
天主要明皇矣之臨下有赫大明之無貳爾心皆總而屬之上帝
。閩中陳儀頓首撰 。七克篇序

12 拯世畧說。古越朱宗元著。宇宙之内真教惟一。既謂之物。天地亦物
之大者耳。而更有造天地者。以其至尊無匹。謂之上帝。以其搏捥
萬有。謂之造物。以其主宰群生。謂之天主。 。答客問

13. 慎思。閩福唐李九功其叙文著。儒書上帝之稱。固明指天主。

14. 。七克 。聖教四規 。闢妄條駁合

§.º 2.º

Objectiones.

Obj: 1.ª — Inueniuntur in libris esse quinque Ti scilicet
albus Ti, cæruleus Ti, flauus Ti, rubeus Ti, niger Ti,
A. — A. — ergo Ti nonpotest significare Deum. R. dist.
conseq. Ti sumptus pro Xam Ti non potest significare deum,
nego; sumptus pro aliq.º Imperatore, aut alio homine, non
potest significare deum, concedo. Ibi dicuntur esse quinque Ti, non dicuntur esse quinque Xam Ti.

Dices: Ti sæpissime accipitur pro Xam Ti, seu ista
uox Ti confunditur cum bina uoce Xam Ti, ut dictum
est supra: ergo. R. dist. Antec. ista uox Ti antonomastice sumpta confunditur cum bina uoce Xam Ti, concedo;
comuni modo sumpta, nego: Sicuti ista uox Apostolus
antonomastice sumpta confunditur cum bina uoce S. Paulus,
Vox Philosophus cum uoce Aristoteles, non tamen comuni modo sumpta; ita etiam hæc uox Ti. Itaque illi quinque
Ti 1.º uel uidentur esse quinque prisci Imperatores dicti
Ti; de quibus actum est Cap. 2. Sect. 4. num. 32. Litt. C.c.
et num. 33. Litt. D.d. nempe Imperatores Tay Hao seu
Fo Hi, Yen Ti seu Xin Num, Xao Hao, Chuen Hio,
B. Hoam Ti, recensiti in Dictionario littera Ti — B — et
in toto decursu Capitis dicti Yue Lim libri Rituum;
et in loco, in quo litabatur Xam Ti, seu Cæli Domino,
illis etiam libamina offerebantur in gratam scilicet
illorum memoriam. Vide Cap. 2. sect. 5. num. 6. Litter.
F. Et Liber Rituum Imperij Cheu dicit, quod quater
in anno, scilicet Vere, Æstate, Autumno, Hyeme, priscis Imperatoribus litaretur, carnem crudam, vinum
C. aromaticum, Orizam offerendo. — C. — quod attinet
ad istos quinque colores, uidetur alludi ad colores quinque primariorum principiorum uniuersalium, nempe

Aquæ, Ignis, Terræ, Ligni, Metalli; quæ unusquisque
istorum quinque Imperatorum, aliqua uirtute particulari, ac præcipua dicitur retulisse, cap. 2. sect. 4. num. 33.
Litt. D.d.; hinc uasa, quibus ad quatuor mundi plagas
illis litabatur, suum quoque colorem proprium habebant. D.
— D. —

2.º — uel certè Sectarij Idololatræ ex hisce quinque Imperatoribus sumpserunt occasionem effingendi alios quinque
cæli Imperatores dictos Ti; sed hoc nihil ad quæstionem;
cum de his in libris Classicis, et eorum interpretibus
nihil prorsus agatur, adeoque non spectant ad ueram Sinarum litteris excultorum doctrinam, de qua hic agimus.
Deinde illi dicuntur Ti, non Xam Ti; idem esto judicium de illis 32. Ti ibidem in Dictionario relatis,
et de innumeris aliis.

Obj: 2.ª — Idolum uulgo dictum Yo Hoam, non
tantum uocatur Ti, sed etiam uocatur Xam Ti; et hoc
quidem nomen, ut habetur in Annalibus uniuersalibus, illi
indidit quidam Imperator familiæ Sum — E. —: ergo E.
Deus nonpotest appellari Xam Ti. R. disting. Antec.
Vocatur Xam Ti à Sectarijs, et Idolatris, conc; a litteratis, seu à Sinis ueram Chinæ doctrinam profitentibus, nego. Ille Imperator, qui hoc nomen isti Idolo indidit, erat Sectator Sectæ Tao Su à quodam Sectario
dicto Lin Lim So dementatus, ut ibidem dicitur in
Annalibus; uti et ille alius Imperator familiæ Tam qui
prius illi indiderat nomen Imperatoris Cæli; seu Tien Ti;
et hos ambos ibidem arguit glossator, et quidam Interpres, extremas calamitates, quas experti sunt isti duo Imperatores, ad hoc idololatriæ crimen referens — F. — Sic F.
etiam primus Imperator Ejus familiæ Tam uisitans fanum Idoli Lao Kiun istius Sectæ, de qua hic loquimur,
fundatoris honorarium illi cognomentum excellentissimi, et reconditissimi principij maximi Rectoris contu- G.

lit — G. — Sed hæc omnia reijciunt Sinæ, qui Litteras,
et ueram Chinæ doctrinam sequuntur. Vnde et abiit
in prouerbium: Friuola imperij Tam uerba; adeoque
non nocent ueræ Xam Ti appellationi, ut hi eam accipiunt.

Obj. 3.ª Saltem Xam Ti est nomen Idoli: ergo
Deus non potest eo nomine appellari — sicut Deus non
potest appellari Juppiter, quia Juppiter est nomen Idoli.
R. dist. Antec. Xam Ti est nomen proprium Idoli, Nego;
est nomen appellatiuum, Transeat: istius enim Yo Hoam
idoli, seu potius hominis sub finem imperantis familiæ
Han in uiuis agentis nomen proprium erat Y, cognomen
Cham, cognomento carentis, utpote uiri plebei.
H. — H. — Juppiter autem est nomen proprium, quod
alteri non est comune. Jam uero quod uerum Numen
nomine Idoli appellatiuo possit appellari, patet ex primis
Ecclesiæ temporibus, in quibus et Juppiter, et Saturnus,
et Apollo, et alia Idola eodem quo uerum Christianorum
Numen, Dei nomine appellabantur.

1.º quod illa Idola appellarentur nomine Dei, liquet
nam Ouid. 1. Fastor. Dicta quoque est Latium terra
Latente deo, ibi Deus sumitur pro Saturno. Horat. 1.
Epist. 11. Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam:
ibi Deus sumitur pro Joue: Ouid. 6. Fast.
Est Deus in nobis, agitante calescimus illo: ibi Deus
sumitur pro Apolline: et sic de aliis.

2.º quod circa eadem tempora / nempe in quibus uigebant
hi uersus, et hæc deorum nomina. / uerum Christianorum
Numen etiam appellaretur Deus, seu græce
Θεὸς liquet tum ex Euangeliis S. Joannis, et S.
Lucæ græcè, et S. Marci latinè scriptis, tum ex Vulgata
uersione latina totius noui Testamenti, quæ probabiliter
jam extabat ipsis Apostolorum temporibus / non
enim hanc S. Hieronymus fecit, sed tantum in quibusdam
locis emendauit / tum ex Psalterio longe etiam ante
tempora S. Hieronymi in græcam Linguam probabiliter
à S. Luciano sub Imperatore Maximino martyrium passo,
et statim ab alio in Latinam uerso; ubi uerum Christianorum
Numen, passim Deus, et Θεὸς appellatur, v. gr.
Marc. 1. Appropinquauit regnum Dei ... Scio qui sis
Sanctus Dei. Marc. 3. Tu es filius Dei — Psalm. 10. Non
est Deus in conspectu ejus. Psalm. 21. Erue à framea
Deus animam meam. Vide etiam in dictis Græcis Euangeliis
uocem Θεὸς sumptam pro uero Christianorum Numine,
quamuis tunc omnia Græcorum Idola ~~[illegible]~~
etiam uocarentur Θεὸς.

3. — quod Deus sit nomen appellatiuum, et comune, liquet
tum ex dictis, tum ex ethymologia ipsius uocis communis
quæ juxta Authores sic refertur: Deus hæbraice אֵל el
idest fortis; græce Θεοὶ ἀπὸ τȣ̃ αἴθειν idest urere; uel ἀπὸ
τȣ̃ θεῖν, idest currere, uel ἀπὸ τȣ̃ θεᾶσθαι, idest uidere,
nempe Deus ignis consumens, perennans, omnia uidens;
uerba utique appellatiua.

4. — quod Xam Ti sit etiam nomen appellatiuum, et
comune, liquet tum ex dictis Cap. 2. sect. 2. et alibi,
tum ex etymologia ipsius uocis comunis; nam ista uox
Xam, idest Supremus; et uox Ty, idest Rex, Princeps,
Rector, ex dictionario; — J. — Et Interpres Çay agendo J.
de tribus Imperatoribus Fo Hi, Xin Num, Hoam Ti;
ista uox Ti, inquit est nomen quo appellatur is,
qui in Imperio dominatur, illudque regit; non est nomen
proprium istorum trium Imperatorum, nec cognomentum
post mortem inditum, sed tamen honorarium. — K. — K.

Itaque ut uno uerbo concludam, sicut apud
Latinos ista uox Deus est nomen appellatiuum, et proprium;
ita apud Sinas ista bina uox Xam Ti est nomen
appellatiuum, et non proprium; et sicut apud
Latinos in primitiua Ecclesia Latina uerum Christia-

norum Numen poterat uocari Deus, Dominus, Altissimus ttt. – Intonuit de Cælo Dominus, et Altissimus dedit uocem suam. Psal. 17; quamuis Idololatræ sua Idola eo nomine appellarent; ita etiam, et multo magis, apud Sinas in primitiua hac Ecclesia Sinica uerum Christianorum Numen potest uocari Xam Ti, quamuis quidam Sectarij Idololatræ suum Idolum, aut sua idola, eo nomine appellent; cum præcipua pars Sinarum, etiam Infidelium, nempe Litteratorum, intelligant per binam uocem Xam Ti cæli Dominum, ac Rectorem, non illud Idolum, illamque explicent modò per uocem Cælum, modo per uocem Ratio; adeoque patet non esse nomen proprium; imò sicut olim Ovid. lib. 2. Trist. adulando Augustum Cæsarem appellabat Deum, ita et Poeta Sinicus carpendo Imperatorem, tunc in uiuis agentem, ob austeritatem, et rigorem, eum appellabat Xam Ti; 1. – Ex his ergo omnibus infertur omnimodam paritatem esse inter uocem Deus, et binam uocem Xam Ti.

Obj. 4.a – Sinæ litterati sumunt istam binam uocem Xam Ti pro re inani, uana, uacua, pro nomine adscititio, ttt. – R. neg.° assumpt.: sed illam sumunt pro re, quam ipsimet subinde aut nolunt, aut nequeunt, ut ipsi fatentur, satis claré explicare; unde ut eam explicent, fere recurrere solent ad nomen Cæli; Rationis, Cæli Legis ttt. . Sed istud cælum, istam rationem, istum cæli Legem, ipsimet asserunt esse quid reale, physicum, uerum; non rem inanem, uanam, uagam; quin imo totam suam doctrinam in reali ueritate fundant: ergo non sumunt Xam Ti pro re inani, uana, et uaga; nec istud nomen Xam Ti est adscititium hoc modo, quasi esset uanum, inane, et umbraticum; sed est adscititium sic, idest electum ad appellandum honorifice 1.um aliquod, et Supremū Ens, quod est Deus.

Itaque ex his omnibus liquet Deum nomine Xam Ti posse appellari; imo uidetur Sinis istud nomen Xam Ti longe elegantius dictum, quàm nomen Tien chu, quo nomine uulgo appellatur.

Textus Librorum.

1°. – Dictionarium in littera Chi sic: Chi est locus in quo litatur Cælo, Terræ, et quinque Ti, seu Imperatoribus. – Imperator Vu Ti, ex familia Han, ipsemet in quinque locis Chi litauit. – Ante ipsum tamen Regulus Ven Cum regni Cin, idest Xen Si in tractu Fu erexit locum Chi ad litandum albo Ti; postea ejus Successor Siuen Cum in tractu Mie erexit alium locum Chi ad litandum Cæruleo Ti; deinde alius ejus successor Lim Cum in tractu U yam erexit duplicem locum Chi; superiorem ad litandum flauo Ti; et inferiorem ad litandum rubeo Ti: denique Kao Cu primus familiæ Han Imperator in tractu Boreali erexit alium locum Chi ad litandum nigro Ti: atque hæc sunt quinque loca Chi. – – – A. 1.

Idem Dictionarium in Littera Ti sic: ista uox Ti etiam significat quinque Cæli Ti, seu Imperatores; nempe cæruleum Ti, qui intelligens, et grauis; Rubeum Ti qui ardens, et iratus; album Ti, qui aduocans, et expellens; flauum Ti, qui Cardinis motor; nigrum Ti, qui rerum memorabilium conseruator cognominatus est.

2°. – Dictionarium in littera Ti: ista uox Ti etiam significat quinque Imperatores Tay Hao, Yen Ti, Xao Hao, Chuen Hio, Hoam Ti. B. 2.

3°. – Lib. Rituum Imperij Cheu art. 3. Chun quon Cum pe; litando priscis Imperatoribus, caro cruda offertur, uinum aromaticum in terram effunditur, Oriza libatur. – Et illis litatur in quatuor singulis anni tempestatibus;

4. D. 4.° – Lib. Rituum Imperij Cheu art. 3. Chun guon, Cum pe-
hic Præfectus curet fieri pretiosa uasa pro ritibus cæli, terræ
et quatuor orbis partium; scilicet pretiosum Pie cærulei co-
loris pro cæli; Cum, flaui pro terræ; Quei, uiola-
cei pro ortus; Cham, rubri pro meridie; Hu albi
pro occasûs; Hoam, nigri pro Septentrionis ritu. —
tum ibi Interpres Chin gin Sie sic: Orientalis plagæ
Imperator, seu Ti, est Tay Hao | alio nomine Fo Hi | uasis
quei figura in cuspidem terminatur, ad repræsentandum
nubium exortum, ex quibus rerum productiones – ejus co-
lor est uiolaceus ad repræsentandas plantas: australis
plagæ Imperator est Yen Ti | alio nomine xin num: | pars
dimidia uasis quey uocatur Cham, ad repræsentandum
mutuum rerum conspectum ubertim æstate maturescen-
tium, quas symbolum ænigmaticum Ly, idest Clari-
tas, significat. – ejus color rubeus repræsentat ignem. —
Occidentalis plagæ Imperator, est Xao Hao; uas Hu
sculpitur instar tygridis, ideoque repræsentat tygridem,
quæ est res fera simul et grauis: ejus color albus re-
præsentat metallum. – Septentrionalis plagæ Imperator
est Chuen Hio: pars dimidia vasis Pie uocatur
Hoam; repræsentatque res in profundo terræ recessu
absconditas; ejus color niger, uel subniger repræsen-
tat aquam.

5°. E. 5°. – Lib. Annal. uniuersalium tom. 25. agendo de Im-
peratore Hoey Cum ex familia Cum: sic: Nono men-
se Imperator profectus in palatium Yo cim Ho
yam, honorarium yo Hoam, seu pretioso Principi con-
tulit nomen; magnamque per Imperium dispersit con-
donationem. – Hoc autem nomen sic fuit: excel-
cissimus, cælum aperiens, pactum apprehendens, tem-
pus regens, ueritatem complectens, uiam, seu doc-
trinam penetrans, reconditissimi cæli pretiosus prin-
ceps, Xam Ti, seu Summus Dominus. Insuper

præcepit, ut in omnibus istorum Sectariorum locis fana
reficerentur, aut erigerentur, Sacræque effigies ela-
borarentur. Tum

Glossator Vam Cham Hoey citans Interpretem Kieu F.
Kiun Xan, ibidem sic: familiæ Tam, inquit Doctor Kieu
Kiun Xan, Imperator Hiuen Cum in annis sui imperij
Tien pao, istum yo Hoam insigniuit excelsa cæli Rec-
toris dignitate; et ideo postea tremendam illam cam-
pi Yn yam aduersitatem, | nempe feram primarij sui
ministri Ngan lo xan rebellionem | expertus est. —
Deinde familiæ Sum Imperator Hoey Cum in annis
sui imperij Chim Ho honorarium illi contulit no-
men; et ideo postea tremendam illam Campi Hoam
lum aduersitatem | nempe captus à Tartaris occiden-
talibus | expertus est. Eheu! res timore, ac pauore
digna. – Idem Glossator in Cap. Annalium dicti G.-
Imperatoris Hiuen Cum sic habet: Imperator Kao
Cum in 1.° anno sui imperij Kien fum, uenerabundus
idoli Lao Kiun fanum adiit, et illi honorarium ex
celsissimi, ac reconditissimi principij, maximi Rectoris cog-
nomentum contulit.

6.° – Lib. Ta Ke uen, Authore Chu Cum yuen, sic: H. 6.
Dices: Deus ergo erit idem, ac iste yo Hoam, quem colit Sec-
ta Tao? Resp.° minime: iste enim yo Hoam fuit ho-
mo, qui uixit sub finem Imperij Familiæ Han, cogno-
mine Cham, nomine Y, sectæ Tao sectator. Quia
autem Imperator Hoey Cum familiæ Sum, illam sec-
tam Tao sequebatur, precibus, a suasu cujusdam sec-
tarij dicti Lin lim so, contulit isti Cham Y honori-
ficum cognomentum reconditissimi Cæli, pretiosi Princi-
pis, magni Domini.

7. – Lib. manuscript. Sim my pien art. yo Hoam sic: H. 7.
quod attinet ad istum Cham Y, quidam olim uir ple-
beus extitit, nec ulla uirtute, aut doctrina apud posteros
comendabilis; sed tantum prauis suæ sectæ Tao artibus.

rudem plebem irretiit, ac decepit.

8. J. 8. - Dictionarium in Litt. Ti: ista uox Ti, significat Regem, Principem; Ti inquit Interpres Liu libri Chun, cieu, est is, qui imperium regit.

9. K. 9. - Interpres Çay Hiu Chay in proœm. lib. Scientiæ Adultorum: Ista uox Ti, inquit, ut supra in contextu.

10. L. 10. - Lib. Carm. tom. Siao ya oda yuen Lieu: Ast ille Xam Ti est terribilissimus, ac perspicacissimus; non potest ad eum haberi accessus. Tum ibi Interpres Chu Hi: Ista bina uox Xam Ti indicat Imperatorem.

全史詳要卷十八。唐玄宗　。王昌會。高宗乾封元年謁老
君廟尊為太上玄元皇帝。

6. 答客問。朱宗元。問然則天主其即道家之玉皇乎。曰非
也。玉皇乃漢末人姓張名儀學修煉之術。宋徽宗崇
道教因術士林靈素之請。封張儀為昊天玉皇大帝。

7. 醒迷篇。論玉皇。論張儀乃一小民。又無至德格言傳世。
止以煉丹施藥。採補養神之術。惑衆誣民耳。

8. 字彙帝字。君也呂氏春秋帝者天下之所適。

9. 。蔡虛齋四書蒙引大學章句序。帝者主宰天下
之稱也以上三帝皆是號非謚也亦非名也。

10. 詩經小雅。菀柳。上帝其蹈。無自暱焉。
。朱熹。上帝。指王也。

1 字彙時字。天地五帝所基止祭地漢武帝郊見五時先是秦文公作鄜時祭白帝秦
宣公作密時祭青帝秦靈公作吳陽上時祭黃帝下時祭赤帝漢高祖作北時
祭黑帝是五時也
字彙帝字。又五天帝青帝靈威仰赤帝赤熛怒白帝白招拒黃帝含樞紐
黑帝叶光紀

2. 字彙帝字。又五人帝大皡炎帝少昊顓頊黃帝

3. 古周禮春官宗伯第三。以肆獻祼享先王以饋食享先王以祠春享先王以禴夏
享先王以嘗秋享先王以烝冬享先王。

4: 古周禮春官宗伯第三。以玉作六器。以禮天地四方。以蒼璧禮天。以黃琮禮地。以青
圭禮東方。以赤璋禮南方。以白琥禮西方。以玄璜禮北方。　。陳仁錫。東方其帝
太皡圭形銳以象出雲生物青則以象木也南方其帝炎帝半圭曰璋。以象
相見乎離。夏物豐盛赤則以象大也。　西方其帝少皡琥琢為虎形象虎
猛肅物。白則金之色也。北方其帝顓帝。半璧曰璜。象物藏于黃泉之宮。玄則
水之色也。

5 全史詳要卷二十五。宋徽宗。九月帝詣玉清和陽宮上玉帝徽號赦。其號曰太上開
天執符御曆含真體道昊天玉皇上帝。又詔天下洞天福地修建宮觀塑造
聖像。　。王昌會。丘瓊山曰唐玄宗崇天帝位號于天寶於是有漁陽之變宋徽宗
上玉皇徽號於政和於是有黃龍之禍嗚呼。可畏哉。

Sectio 2ª

An Deus apud Sinas possit appellari Tien, seu Cælum?

§. 1.

Generatim de voce Tien, idest Cælum

Respondeo, et dico: Sicut apud Latinos Deus potest appellari Cælum, ita apud Sinas potest appellari Tien.

Probat. 1º apud Latinos dicitur: Pater, peccaui in Cælum, et coram te. Luc. 18. — Peruenerunt peccata ejus usque ad Cælum. Apocal. 18. — Vocantur quatuor peccata in Cælum clamantia, quia uox, et clamor eorum ut dicitur in Scriptura, peruenit ad Deum: — ibi cælum pro Deo sumitur, et passim alibi. Apud Sinas dicitur: Seruire, Litare, obedire Cælo; reuereri, orare, timere Cælum: &c. ibi Cælum, ut sæpius supra uidimus, etiam pro Deo sumitur. Unde

Probat. 2º Recole omnia, quæ attuli in toto Cap. 1º et Cap. 2º sect. 1ª et 2ª &c. et satis clare uidebis Cælum pro Deo accipi. — Probat. 3º ipso longo usu; ex quo enim hæc Missio fundata est à 100. et amplius annis, ista uox Cælum pro Deo semper recepta fuit, ut patet ex omnibus libris Christianis, nec unquam de ista uoce Cælum inter Missionarios orta est controuersia; sed paucissimis tantum ab hinc annis unus, aut alter, hanc controuersiam excitauit; / qua causâ, aut occasione, mox dicam / licet de Xam Ti, orta fuisset.

Probat. 4. authoritate eorumdem Sinarum, quos in Sectione præcedenti retuli, qui passim in libris Cælum pro Deo accipiunt. Imo sæpissime magis amant uti uoce Tien, seu Cælo tamquam elegantiori, quàm uocibus Tien Chu, seu Cæli Domino. Præterquam quod gentiles Sinæ non satis capiunt, quid nos per istas uoces Tien Chu intelligamus, nisi illis explicentur; quia istæ duæ uoces sic junctæ non habentur in eorum libris, illasque spectent ut non satis elegantes, ut ipsemet Imperator Kam Hi semel interrogauit, eccur non alio elegantiori nomine Deum appellaremus? per uocem autem Cælum sumptum pro Cæli Domino longe facilius assequuntur, quid nos uelimus dicere per uocem Deus, nempe summam, et incomprehensibilem alicujus primi Entis, et supremi Numinis excellentiam. Denique

Probatur 5º. — Deus potest appellari Xam Ti, ut jam uidimus: ergo et Cælum; sæpissime enim uocem Cælum et Xam Ti pro uno, et eodem accipiunt Sinæ — Nota: dum dico: Deus potest appellari Cælum, id est in modo loquendi: dum dicitur ista uox Cælum, per illam intelligitur Deus; uti apud Europæos.

Objic. 1º Sinæ gentiles per uocem Cælum intelligunt cælum materiale; ergo Deus non potest appellari cælum. Respondº neg. antec. Sed intelligunt Xam Ti, Rationem, et similia, quæ non sunt materialia. Pro quo uide Cap. 2. sect. 1. 2. et 3. &c.

Obj. 2. istæ uoces Xam Ti, Ratio, et similes, juxta illorum sensum, sunt uanæ, et de subjecto non supponente. Rº neg. Assumpt.: sed istæ uoces uerè supponunt pro subjecto inuisibili, spirituali, incomprehensibili, ubique existenti, et omnia agenti. Vide Cap. 2. sect. 3. et alibi. — Ac postquam isti Sinæ recentiores omni mentis conatu in uarias partes se uerterunt ad explicandas istas uoces, Ratio, Xam Ti, Cælum, et similes; eò semper deueniunt, ut uelint per illas significari aliquod primum principium occultum, quod in recondita, ac mysteriosa caligine assidue agit, omnia producit, omnia regit. Annon uerè hoc Deus? an hoc de subjecto non supponente? Cælum enim materiale non est reconditum, occultum, inuisibile. Non est opus tantis ambagibus ad illud explicandum. Unde patet Cælum pro uero Cæli Spiritu, ueroque Cæli Domino ab illis sumi; adeoque Deus potest appellari Cælum, seu uocem Cælum pro Deo accipi.

§. 2.

Speciatim de duabus vocibus Kim Tien idest revereri cælum.

Harum duarum uocum controuersarum Origo hæc fuit: Imperator Kam Hi anno sui imperij 20. idest Christi 1675. singulari beneuolentia uisitans nostrum Pekinense Societatis IESV Collegium, ac Patrum Cubicula, cum esset in Cubiculo P. ~~Ferdinandi Verbiest~~ Ludovici Buglio, ipse arrepto penicillo has duas uoces exarauit Kim Tien, idest revereri cælum, easque dedit more Sinico in tabula publica apponendas. Hic Pater statim ergo in tabula publica grandibus Litteris exaratas primò apponi jussit in Collegio Pekinensi, ad patefaciendum Imperatoris de nostra Religione animum, atque existimationem. Denique reliqui Patres easdem Pekino acceptas, simili tabulæ ~~[illegible]~~ inscriptas appendi jusserunt alij in Templi vestibulo, seu potius anteriori hospitum atrio, alij intra ipsum Templum. Lapsu temporis, aduenientes noui Missionarij, tabulam conspicati, ut fieri amat, nunc despicere, nunc mirari, nunc improbare datam uni Patri Verbiest, in aliis Patrum Residentiis appendi; nunc istarum duarum uocum sensum arguere, culpare, reprobare; ac tandem eò deuentum est, ut diceretur ab idololatria excusari non posse, adeoque tollenda Imperatoria tabula, ipsâ periculi suspicione, ne abominatio desolationis in Loco sacro Collocaretur. Ita parua scintilla magnum excitauit incendium. Quo hæc omnia motiuo, quo examine, quâ Consultatione, qua morâ, non est meum disquirere; nunc tantum uideamus utrum ista Tabula sit idolo-latrica?

Resp. et dico: Ista tabula non est magis idolo-latrica, quam ipsum Cælum est Idolum: Sed cælum non est Idolum: ergo nec ista tabula est idolo-latrica. Probatur minor: Idolum juxta Corn. a Lapide in 1. Corint. 8. hæbraice dicitur אֱלִיל elil, idest uanitas, res uana, inanis; uel juxta alios, idest deiculus, forticulus; sed Cælum non est uanitas, res uana, et inanis; ut jam sæpe uidimus; nec Cælum est forticulum, aut Deiculus; Sinæ enim nihil Cælo maius, excellentius, honorabilius, fortius agnoscunt: ergo Cælum non est idolum. Deinde idem Cornel. ibidem uocem græcam εἰδωλον, quæ ex se significat formulam, explicans dicit quod Scriptura, et Scriptores Ecclesiastici nomen Idoli arctarint ad imaginem Dei, qui habetur Deus, et reuera non est. Sed Cælum, dic quæso, cujus est imago? non est imago Cæli materialis; alioqui idem esset et imago, et simul res per imaginem repræsentata; sed imago realiter distinguitur à re, quam repræsentat: ergo cælum non est imago Cæli materialis. Si autem dicas, cælum esse imaginem Cæli, seu rei imaterialis: ergo tunc erit imago Cæli Domini, Rectoris, Effectoris inuisibilis, Rationis omnia efficientis, et gubernantis; non enim datur aliud cælum imateriale, aut alia res imaterialis: sed Cæli Dominus, Rector, effector ~~est~~ est reuera Deus: ergo Cælum sic sumptum non est Idolum. Jam uero cum ratio notandæ et improbandæ prædictæ tabulæ fuerit ista uox Cælum; et ista uox cælum nullo modo Idolum significet; ergo prædicta tabula libera est ab illa notâ, nec est periculum, ut abominatio desolationis ponatur in loco Sancto. Deinde ista et similes tabulæ Sinicæ sunt tantum quædam uerba encomiastica, quæ ad attestandam suam beneuolentiam, aut existimationem alicui personæ ob aliquam ejus rem, largiuntur Imperatores, aut Præfecti, et passim ubique tum in domibus, tum in fanis, eas uidere est, non ut illis aliquis cultus deferatur, sed ut pateat donatoris beneuolentia, et existimatio; adeoque sunt tantum quædam dona honoraria. Sed quid uetat donum honorarium sive domi ad Ornatum, sive in templo ad famam, si nihil ad cultum pertineat, appendi? An etiam fortasse aliquis prohibebit in templis appendi uexilla è Turcis relata, quotidiana infidelium anathemata, et alia dona tholis affixa? An quis arguit olim profanum S. Ignatij ensem in Sacrâ Montis Serrati Æde suspendi? quin imo ego, ut memini, uidi Namurci in Æde B. Virgini Sacra antiquum paruum idolum Namen, unde creditur Namurci nomen, relinqui ad memoriam intra lapideæ columnæ cavum. An forte quis clamabit, abominatio desolationis in loco Sancto? Sed hæc pauxesim dicta sint; nam præterquamquod prædicta tabula Kim Tien sit tantum donum honorarium, ut omnes norunt, qui Sinas norunt; et palam appendatur non ut cultûs signum existat, sed tantum ut doni existimatio appareat, etiam continet, uti uidimus sensum sanissimum, et nostræ Religioni ualde conformem, adeoque nullum idolo-latriæ, undecumque illa arripiatur, periculum. Denique ut magis adhuc ueritas pateat, afferamus ipsiusmet Donatoris publicum, et authenticum testimonium, quo superius allata etiam comprobentur.

Sectio 3ª

Publicum, et Authenticum Imperatoris Kam Hi testimonium, quo legitimus quorumdam Rituum, ac uocum Sinicarum sensus declaratur.

Cum Patres Societatis IESU Pekini degentes, uiderent tanto ardore hic, et in Europa inter Europæos controuerti de uero, ac legitimo quorumdam Rituum, ac uocum Sinicarum sensu; tandem comuni consilio decreuerunt, supplicem Libellum, qui Eas Controuersias contineret, conficere, illumque Imperatori utpote et Legislatori, et Summo legum, ac Rituum Sinicorum interpreti offerre, ut quis esset uerus ac legitimus eorum sensus, ueraque ratio declarare dignaretur. Itaque die 30. Nouemb. 1700. Libellum supplicem in hunc modum publice obtulerunt: ¶. Libellus Supplex, quem Præses tribunalis Matheseos Philippus Grimaldi, Thomas Pereyra, Antonius Thomas, Franciscus Gerbillon, et Cæteri Europæi uenerabundi offerunt Imperatori, aliquid ab eo edoceri suppliciter postulantes.

Nos Vestræ Maiestatis Subditi, Cæterique Europæi, accepimus Viros Europæos Litterarum cultores audiuisse dari in hac China ritus colendi Confucium, Litandi Cælo, ac defunctis Maioribus; in his, inquiunt, procul dubio subest ratio; hanc singillatim addiscere exoptamus. ttt. Nos V. Maiestatis Subditi reliquique Europæi, juxta id quod angustissima nostra mens capere potest, judicamus Confucij cultum fieri, non ad petenda ab eo bona, ingenium, dignitates, sed duntaxat ad honorem ei exhibendum ob præclara, quæ hominum Magister reliquit, Vitæ documenta. Deinde Litamen, quod defunctis Maioribus offertur, proficisci ex intentione testandi suum erga Parentes amorem, nec juxta Sinarum, qui Virorum Litteris excultorum doctrinam profitentur, ritus, illud explicari de postulatione alicujus auxilij; sed solum fieri ad explendam filialis obseruantiæ, quâ Parentum recordantur, mentem: et quamuis apponatur aliqua Parentum defunctorum repræsentatiua tabella, non tamen eos arbitrari defunctorum Parentum animas supra istam ligneam tabellam repræsentatiuam extare; sed tantum exterius aliquid, quo posteri suis progenitoribus grates rependunt, longaque ac diuturna memoria illos recolunt, perinde ac si præsentes adessent, argumentum exhibere. Præterea quod attinet ad præscriptos litaminis, quod Cælo offertur in suburbano terræ aggere, ritus; illud non offerri Cæru-

Ideo Cœlo materiali; sed offerri primo cœli, terræ, ac omnium rerum principio, Domino, ac Rectori; illudque esse, quod Confucius sic ait: Litandi Cœlo, ac terræ ritus est id, quo servitur Cœli Domino, ac Rectori, seu Xam Ti; et hunc quidem modo Cœli Dominum, modo Cœlum vocari, non secus ac V. Maiestatem, quæ non Imperator, sed modo Sub gradibus / idest Sub imperatoriæ Aulæ gradibus, ministrorum excubias agentium consuetum verbum, dum Imperatorem alloquuntur / modò Imperatoria Aula vocatur; quamvis nomina sint diversa, unam tamen, et eamdem rem significari; huncque esse verum sensum istarum duarum vocum Kim Tien / idest revereri Cœlum / quas V.a Maiestas hisce annis præteritis dignata est propria manu exarare, nobisque largiri in tabula publica apponendas. Nos igitur V.æ Maiestatis Subditi, cæterique Europæi, juxta imbecillem nostrum captum, judicamus hoc prædicto modo illis esse à nobis respondendum; sed cum ista pendeant ab his Chinæ moribus, non audemus particulari nostro judicio inniti, ac fidere; iccirco omni cum reverentia V. Majestatem rogamus, ut nos edocere non dedignetur. Itaque nos V. Maiestatis Subditi, Cæterique Europæi summa veneratione tremebundi illius jussum expectabimus. - Imperantis Kam Hi an. 39. 20. die decimi Mensis Lunaris Libellus in manus Imperatoris delatus; et in eodem die exceptum illius responsum his verbis: Ea quæ scripsistis, optime dicta sunt; magnæ hominum agendi viæ / idest rectæ doctrinæ practicæ / penitus cohærent: quod attinet ad colendum Cœlum, ad serviendum Regibus, ac Parentibus, ad honorandos Magistros, ac Magistratus, is est unus et idem ubique terrarum communis hominum sensus: hæc ergo quæ dixistis, veré ita se habent, et nullus est emendationi locus. Quidam alij Sinæ hæc verba sic explicant: Quæ scripsistis, optime dicta sunt, magnæque hominum agendi viæ; reverentiæ, quæ erga cœlum; servitio, quod erga Reges, ac parentes; honori, qui erga Magistros, ac Magistratus præstari solet, penitus cohærent: atque is est ubique terrarum comunis hominum sensus: vel, atque is est in toto hoc Imperio comunis hominum sensus / voces Sinicæ Tien Hia utrumque significant /: ea enim quæ dixistis veré ita se habent, ut ante.

Ex hac clara Imperatoris declaratione, et per totum quidem Imperium divulgatâ, patet, utrum possit adhuc relinqui Europæis controversia, aut scrupuli locus in sequendo Rituum sensu ab ipsomet summo eorum Interprete, et aliis primæ notæ viris Sinis declarato; huic enim Imperatoris declarationi accesserunt Primatum, ac primariorum Pekini Doctorum testimonia, quæ, ne sim longior ac tædio, omitto: facile est cuilibét ea videre, utpote typis excusa.

Verum, cum hoc Imperatoris, et aliorum testimonium etiam alios, quos in colendis Manibus servant Sinæ, Ritus controversos comprehendat, certe viderer hic posse calamum sistere, et sequentem Tractatum omittere; quia tamen pronum est homini cupere scire, quid ipsimet libri Sinici de iis dicant, quæ loca ambigua contineant, quas difficultates patiantur, ideo illum, ut primò proposueram, subnecto. ——

此答之但緣關係中國風俗不敢私
寄茶請
睿鑒訓誨遠臣等不勝惶悚待
命之至
康熙三十九年十月二十日奏是日
奉
旨這所寫甚好有合大道敬天及事君親
敬師長者係天下通義這就是無可改
處

治理曆法遠臣閔明我徐日昇安多
張誠等
奏爲恭請
睿鑒以求訓誨事遠臣等看得西洋學者
聞中國有拜孔子及祭天祀祖先之
禮必有其故願聞其詳等語臣等管
見以爲拜孔子敬其爲人師範並非
求福祈聰明爵祿而拜也祭祀祖先
出於愛親之義依儒禮亦無求祐之
說惟盡孝思之念而已雖設立祖先
之牌位非謂祖先之魂在木牌位之
上不過抒子孫報本追遠如在之意
耳至於郊天之禮典非祭蒼蒼有形
之天乃祭天地萬物根原主宰即孔
子所云郊社之禮所以事上帝也有
時不稱上帝而稱天者猶如主上不
曰主上而曰陛下曰朝廷之類雖名
稱不同其實一也前蒙
皇上所賜匾額
親書敬天之字正是此意遠臣等鄙見以

Tractatus P. Francisci Noël ;
sed incorrectus;
hic correctior, et alij exstant
apud P. procuratorem generalem.